The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto

P. 30.

PLATONIS OPERA GRAECE

RECENSVIT ET ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

CAR. ERN. CHRISTOPH. SCHNEIDER

LITT. ANT. PROF. VRATISL.

VOLUMEN PRIMUM

CIVITATIS LIB. I.—IIII. CONTINENS

LIPSIAE

SVMPTIBVS ET TYPIS B. G. TEVBNERI

MDCCCXXX.

que agitatis finem impositum et si minus omnia, tamen longe plurima et gravissima in perpetuum constituta speraremus; talis ante hos tredecim annos prodire coeperat ex Immanuelis Bekkeri, professoris Berolinensis, recensione. Qui quum a. MDCCCXI. Parisiis magnum codicum numerum contulisset eorumque indicem in fronte primi voluminis posuisset, ceterum de ratione, quam inisset in recensendo, praefatus nihil esset, sane debebat omnia secundum optimos libros exhibuisse videri. Ergo laetandum erat, quod corruptis integritatem, obscuris lucem, asperis laevorem codices redhibuissent, quod coniecturas virorum doctorum vulgata lectione non temere offensorum confirmassent, in primis quod Platonem tandem aliquando Atticum nobis et Atticistarum praeceptis obsequentem reddidissent. Tot internis bonis commendatum librum, etiamsi extrinsecus parum splenderet et parum modesto pretio veniret, tamen omnibus harum litterarum amantibus gratissimum esse necesse erat. Interim Bekkerus Parisiensibus libris, quorum auctoritate contextum refinxisset, alios addere cupiens, ut adnotationem criticam, quam post Graecum exemplum sua volumina habituram promisisset, locupletiorem faceret, quum Graeca edita essent, iter in Italiam et Britanniam suscepit, Romae a. MDCCCXVII. et XVIII. multos codices excussit, in Britannia Clarkianum, cuius cognoscendi caussa Oxonium adierat, a Gaisfordio collatum inveniens eius lectiones prelo iam paratas ab illo repetere potius, quam ipse excerpere constituit. Septimus annus erat, quod Graeca volumina divendebantur, quum commentaria critica publico desiderio satisfactura prodierunt. Statim primo adspectu magna nos spe deiectos intelligebamus. Ingenti numero variarum lectionum nihil usquam additum erat, quod receptarum rationem redderet. Hanc

igitur provinciam integram relictam a Bekkero tamen aliquando subeundam alicui videbamus. Nam ut omnes mutationes in melius factae essent, optari fortasse poterat, ut vero omnes ab omnibus probarentur, solis codicum siglis effici non poterat. Accedebat quod reliquorum subsidiorum, quae alii comparassent, nullam fere mentionem factam animadvertebamus. Scilicet quid Aldus ediderit, quid Basileenses, non ostendit, Stephani lectionem, quem satis constat multa e coniectura mutavisse, et ne hanc quidem ubique commemorat, codices ab aliis collatos, scholia, grammaticos, alios scriptores perraro adhibet. Et tamen omnes testes in unum congregari plurimum referre eorum videbatur, qui verum a falso dignoscere vellent. Vt enim multa sunt, quae nullo negotio vera vel falsa esse intelligantur, ita haud pauca reperiuntur, quae, quum interiore veritatis nota careant et per se spectata pari iure probari improbarique possint, non aliter nisi secundum testes diiudicari debeant. Eos porro non numerandos, sed ponderandos, suum pretium cuique statuendum, gravioribus, etsi pauciores sint, obsequendum esse omnes consentiunt; qui vero graviores et fide digniores sint, eo certius existimari poterit, quo plures quoque accuratius et per omnia vel levissima explorati fuerint. Ita enim facilius quod librariorum vel negligentiae acceptum referendum est vel curiositati ab eo, quod fideliter secundum exemplar propositum repraesentant, distinguitur, quo discrimine omnis familiarum et recensionum cognitio ad criticam longe gravissima nititur. Multum igitur critico Platonis editori futuro in hac quoque parte Bekkerum reliqui fecisse protinus apparebat. Iam vero contextum eius cum eius codicibus conferentes plurima sane inveniebamus ad eorum fidem emendata et extra dubitationem constituta,

sed illam integritatem, perspicuitatem, elegantiam, aequabilitatem, quae adeo nos ceperat, quam maxime codicibus deberi speraveramus, magnam partem editoris quadam non audacia, quod coniecturis indulsisset, id enim modeste fecit, sed arte effectam deprehendebamus. Quemadmodum Zeuxis fertur deam picturus quinque inspexisse virgines et quod in quaque laudatissimum esset in illam unam contulisse, ita Bekkerus, ut Platonem quam formosissimum exhiberet, multis inspectis codicibus quod quisque maxime placens obtulisset, recepit, in hoc tamen dissimilis, quod, quum ille nudas spectasset, hic adsciticio nonnunquam ornatu imponi sibi passus est. Quam vere haec a nobis dicta sint, periti comparatione nostrae et Bekkerianae recensionis facta iudicabunt, id vero iam nunc consentientes eos habere speramus, quatenus eclectico esse critico liceat. Nam genuina, quam quaerimus, lectio res est in facto posita eodemque modo, quo aliae res factae, erui ex monumentis fide dignis debet. Monumenta nostra codices sunt, qui quum omnes ex communi fonte derivati sint, variis de caussis varie corrupti et inter ipsos et ab archetypo multis modis discrepant, nec facile unus hodie ab omni labe immunis reperietur. Corruptelarum autem, ut supra significavimus, duplex genus est, alterum per errorem et insciis scribis subortarum, alterum, quod consulto et emendandi caussa factas mutationes continet. Vtriusque generis contagio plerosque omnes affecit, sed unus esse solet magis, quam ceteri, vel ab utroque vel ab altero damnosiore purus. Eum et qui ex eo ducti videntur reliquis anteponimus, eius auctoritatem, dum linguae leges vel usu vel ratione stabilitae sinunt, sequimur, ad alios tum demum respicimus, quum soloecam orationem vel sententiam absurdam habere ille videtur,

atque horum rursus meliores, hoc est, ab interpolatione et ab erroribus liberiores ceteris praeferimus. Hoc fundamento posito scriptoris debemus usum et consuetudinem dicendi indagare inventamque ad iudicium de locis dubiis adhibere, minime vero aliunde petita de consuetudine eius opinione ad infringendam optimi codicis auctoritatem abuti. Talis enim opinio si praeconcepta vel ex specie quadam internae probabilitatis ducta est, veluti quum scriptorem Atticum statuunt non alias verborum formas, nisi quae in ore multorum essent, ponere potuisse, et qua semel et iterum usus sit, eadem tertium quartumque uti debuisse, quid levius, quam quod fieri potuit continuo factum sumere ob id ipsum, quod facultate non careat, testimoniis, quae contra factum ostendunt, fidem negare? Sin grammaticorum auctoritate nititur Platonem, Thucydidem, alios hoc usurpasse, illo abstinuisse testantium, nonne haec ipsa auctoritas codicibus nititur? Antiquioribus scilicet, quam nostris: num etiam melioribus, num diligentius inspectis, num ita et tot cum aliis collatis? Denique dissidentes inter se novimus grammaticos, eamque rem non minus codicum dissidio effectam, quam caussam dissidii exstitisse: num nostris libris, quorum indolem exploratam probatamque habeamus, plus, quam illorum incognitis tribuere dubitabimus? Haec nobiscum reputantes quum inter Platonis codices a Bekkero collatos unum videremus non solum reliquis praestare, sed etiam talem esse, quem tuto sequi in plerisque liceret, Bekkerum mirabamur saepiuscule eum deseruisse et ex inferioris infimaeque notae libris lectiones speciosas, quae paullo acrius intentum fallere non potuissent, recepisse, atque eorum saltem dialogorum, quos ille contineret, recensionem aliter instituendam fuisse sentiebamus; in re-

liquis autem, licet neque Bekkero duces idoneos neque ducibus Bekkerum defuisse appareret, tamen, quia unum optimum et qui praestantia Parisiensem aequaret, in facienda recensione cognitum nondum habuisset, magis etiam varia fide egisse videbatur. Sic quum multa eum et plura, quam priores editores omnes, ad emendandam lectionem Platonis contulisse et egregie omnino meritum de eo scriptore esse agnosceremus, tamen in eius contextu nequaquam acquiescendum, sed subsidiis ab eo coactis et quantum posset adauctis ad novam recensionem utendum statuebamus. Cuius rei necessitas interim quotannis magis urgere coeperat. Septennium illud inter contextus et commentariorum Bekkeri divulgationem interiectum, quo optima quaeque de restituto Platone sperabantur, duas inchoari viderat eius operum editiones, unam Friderici Astii, professoris Landshutani, nunc Monacensis, qui Graeca ad optimorum librorum fidem recensuisse in titulo demonstrabat, alteram a Godofredo Stallbaumio, magistro Lipsiensi, ad fidem codicum Florentinorum, Parisiensium, Vindobonensium aliorumque recognitum contextum Graecum et separatis voluminibus digestas illorum codicum varias lectiones exhibentem. Duram uterque subierat conditionem, sed aliquanto duriorem Astius, qui codicibus destitutus nescio quibus auxiliis, ubi sequendus, ubi deserendus esset Bekkerus, discernendum sibi sumpsisset. Aldum prae ceteris secutum esse in praefatione profitetur, miro consilio, quod quomodo in aliis partibus tenuerit, non quaesivimus, in Civitate quidem non tenuit, sed invitus an volens lectore saepe non monito novas lectiones a Bekkero prolatas recepit eiusque vestigia omnino multo magis, quam Aldi, pressit. Itaque contextum exhibuit partim genuinum, partim spurium, quem veremur ut adnotationibus, quas

promittere pergit, unquam satis explanare possit. Multo meliore conditione Stallbaumius usus est Weigelii, bibliopolae Lipsiensis, opera magno variarum lectionum apparatu instructus, quas respiciens non solum coniecturis an codicum auctoritati obtemperasset Bekkerus, plurimis locis diiudicare, sed etiam de indole et numero librorum, quos ille secutus videretur, probabiliter statuere posset. Eidem Clarkianum, cuius lectiones a Gaisfordio anno ante quam ipse Platonem edere coepisset, publici iuris factae erant, et in quibusdam dialogis (Euthyphrone, Apologia, Critone, Phaedone, Amatoribus, Theaeteto, Gorgia, Menone, Alcibiadis, Symposio, Hippia maiore, Menexeno, Phaedro) ipsos Bekkeri codices aliquot praestantiores (Paris. B. Vatic. A. Venet. CD. Vindob. AB.) a Bastio collatos, denique in variarum lectionum voluminibus perficiendis universas Bekkeri copias tum annum iam veneuntes adhibere licuerat. His rebus adiutus in recensendo contextu aut suos codices, suum iudicium sequi, Bekkeri editionem tamquam aliam quamlibet ab homine docto non sine codicum auxilio factam respicere, aut, si forte virium suarum, otii, bibliopolae ratione habita molestius id vel tardius negotium fore vidisset, libere se Bekkeri asseclam gerere, deinde in variis lectionibus concessa iamiam accuratius et certius omnia cognoscendi potestate uti poterat. Vtrumvis eligeret, res sic erat comparata, ut et invidia careret et ad ingenii doctrinaeque laudem consequendam materiam haud vilem offerret, sed prius maiorem dignitatem, posterius hoc incommodi habiturum videri debebat, quod patefactis aliquando codicum lectionibus omnibus fieri non posset, quin receptarum nonnullarum poenitentia sequeretur et retractationis parum grata necessitas aut patrocinium cum desperatione suscipiendum. Itaque elegit prius, quan-

tum quidem ex titulo supra significato et ex eis, quae ipse in praefatione primi variarum lectionum voluminis de hac re exposuit, colligere licet; quae quoniam iudicaturi interest perspecta habere, ipsa verba apponere placuit. Postquam enim de criticae artis subsidiis, hoc est, de codicibus editionibusque, quibus usus sit, pauca omnino narravit, p. V. quo modo sit usus, dicit. „Ac summa quidem lex quam ipse mihi praescripseram haec erat, ut quam maxima possem cum diligentia sequerer veterum monumentorum auctoritatem nihilque temere novarem. Quam quum in prioribus libris ita observassem, ut quid alii egissent plane nihil curarem; mox I. Bekkeri editione collata intellexi, virum egregium ita versatum esse, ut quas suis opibus fretus in ordinem recepisset lectiones, eae maximam partem meorum librorum suffragiis confirmarentur. Itaque ne actum agerem atque ingrato corrigendi labore quantum possem supersederem, huius auctoritatem ita secutus sum, ut nonnisi codicibus iubentibus vel aliis rationibus postulantibus ab eo discederem. Quod quidem in aliis libris frequentius, rarius in aliis factum esse non fugiet eos, qui aliam codicum indolem ac virtutem in aliis operibus esse cognoverint.“ His verbis ab initio Bekkeri recensionem non aspexisse, deinde vero eam secundum libros suos certasque rationes correctam fundum suae fecisse profitetur. Quum igitur, ut exemplo res illustretur, ad Euthyphr. p. 11. E. διδάξαις „cum Bekkero, quamvis libris omnibus repugnantibus“ scripsisse ostendit, se docet ipsum illam emendationem invenisse inventaque Bekkerum eadem usum deprehendisse; contra Civ. I. p. 327. E. verbum ἔφη inter ἀκουσομένων et οὕτω a Bekkero insertum tenens idque Florentini U. „auctoritate confirmari“ dicens inter octo codices, quorum lectionibus utebatur, Florentino U. tantam se auctorita-

tem tribuisse demonstrat, ut unum illum ad retinendam Bekkeri lectionem plus, quam reliquos septem ad damnandam valere censeret, sed ib. p. 331. C. *αὐτὸ φήσομεν εἶναι* cum Bekkero scribens et in Paris. K. Flor. ABCTUV. *εἶναι αὐτὸ φήσομεν* legi referens Florentini U. momentum quamvis sex aliorum accessione auctum non sufficere sibi visum declarat ad reiiciendam illius lectionem, quam scilicet ratio non magis, quam priori loco verbum *ἔφη*, damnaret, in eiusque locum Florentinum R. evehit. Similiter reliquos deinceps codices suos vel singulos vel binos pluresve in eis, quae adiaphora putaret, cum Bekkero facientes sequitur, ab eo dissentientes contemnit, universos vero praeferre Bekkero saepius, quam postponere solet. Quarum rerum omnium exempla qui requirit, non ita pauca in adnotatione nostra inveniet. Itaque manifestum est rationem, quam ipse in posterioribus libris recensendis differentem a prioribus inisse fatetur, paullo magis ab illa diversam et talem fuisse, ut conditionem eius minus bonam, quam res pateretur, redderet. Qui si omnibus in locis, quibus codices eum meliores a Bekkero discedere iuberent, et rerum verborumque indoles non obstaret, discessionem ita fecisset, quemadmodum verbis supra appositis ostendit, in adnotatione nihil nisi ipsos codices, quibus obtemperasset, quorum praestantiam severo examine cognovisset, enumerare, neque aliam rationem, si nollet vel non posset, reddere debuisset. Sed quum Bekkeri auctoritatem re vera pluris, quam suos libros, fecisset, non horum caussa desertam a se Stephani lectionem dicere neque tam sui iuris criticum agere, quam temeritatis notam vitare debebat, quam toties meruit, quoties sine ratione secutus est Bekkerum. Contextum ipsum qualem secundum haec evadere necesse fuerit, obscurum non est: maximam partem

Bekkerianum, in quibusdam meliorem, ubi falsis, deteriorem, ubi veris lectionibus a Bekkero editis assensum codices Florentini negassent. Minime enim ubique eis codicibus usus est, quorum quamvis concordans testimonium veritatem praestet. In Politia unus est isque initio secundi libri deficiens, qui prope ab optimi dignitate absit, Florentinus B. cuius virtutem non satis cognitam habuit; reliqui, etsi diversas familias sequuntur, tamen raro pluris, quam accessionis instar habendi sunt; id quod ipse intellexisse et hanc quoque ob caussam Bekkerum ducem sumpsisse eiusque rei significationem in fine loci ex praefatione excerpti dedisse videtur; neque vero ideo reprehendendus est: illud apparet, contextum eius per se nullam habere posse auctoritatem, sed omnibus in partibus auxilium a codicibus Bekkerianis exspectare; quod quum in variis lectionibus fere nusquam neque praestitum demonstraverit neque negatum confessus sit, ne eas quidem sine Bekkeri commentariis magnam utilitatem praebere posse intelligitur. Nam ceterarum virtutum, quae criticam adnotationem decent, exigua in eis et oppido rara vestigia exstant. Tantum igitur aberat, ut Bekkeri, nedum Stallbaumii opera hoc Iani templum clausum videretur, ut novae recensionis necessitatem una cum facultate per eos allatam esse appareret. Quorum enim auxiliorum parte tantum utrique uti licuisset, ea si cuncta adhiberentur, haud pauca aliter et rectius, quam ab illis, administrari, alia, quae ipsi probabiliter constituissent, firmiora reddi posse, simul rerum omnium ad criticam pertinentium, quae multis saepe et diversis ex locis petendae essent, collectionem desiderari necesse erat. Hinc consilium mihi huius editionis exstitit; cuius formam et descriptionem quum ante biennium in publicum emisissem, variis hominum studiis

res excepta est. Inventi sunt, qui iniuriam parari quererentur Bekkerianae et Stallbaumianae editionis redemptoribus, ad quos ex venditione reliquorum exemplarium fructus minus uberes deinceps redundaturi essent; contra erant, qui consilium neque improbum neque sine ratione susceptum dicerent; nequaquam enim reprehendi posse, qui bonis communi usui expositis ad melius efficiendum utatur, Bekkerum vero et Stallbaumium in exponendis administrandisque eis, quae collegissent, sic esse versatos, ut ipsi instruere potius, quam deterrere futurum Platonis editorem voluisse viderentur. Nunc alii iudicent, utrum recte an secus fecerim, qui horum vocibus confirmatus illorum querelas contemnens in proposito perstiterim.

Quod autem primum locum Civitati tribui, certa (nam iterum fatendum) disponendorum secundum temporis aliamve rationem Platonis scriptorum norma destitutus partim ideo feci, quod hos libros magis, quam alios, ad edendum paratos haberem, partim ipsorum praestantiae concedendum videbatur. Quam plene exponere ab huius consilio editionis abhorret; sed duo haud exiguum ad laudem momentum habentia, argumenti tractationem dico et partium dispositionem, ne nobis quidem plane silentio praeterire licet. Exorsus enim scriptor ab iustitiae natura et effectis quaerendis, postquam vulgares eis de rebus opiniones redarguit, rem publicam informat, quippe in qua ut maiore, quum iustitiae et ipsa particeps sit, maiorem eam et magis conspicuam inesse conveniat, atque hoc artificio *mores optimos et optimum rei publicae statum*, quemadmodum Cicero Tuscul. II. 12. dicit, uno opere complexus ethicen simul ac politicen perfectam exhibet. Cui coniunctioni significandae etiam titulum operis accommodavit et πολι-

τελαν inscripsit, quo nomine tum singularis hominis et mentis humanae, ut ex libri noni fine clarissime apparet, tum rei publicae et plurium societatis legibus contentae statum indicaret. Atque eam ob caussam non *rem publicam* neque *de re publica*, sed *civitatem* Latine dicendam existimavi. Sed pulcherrimum illud et summi philosophi ingenio dignum argumentum quum libero et fortuito magis, quam meditato colloquio explicandum statuisset, descriptionem mentis humanae atque rei publicae et eorum, quae ad utrumque pertinerent, ita inter se implicari oportebat, ut artificiosae rerum coniunctionis specie remota et colloquentium libertate servata tamen nihil non suo loco positum, nihil, quod necessarium esset, non tractatum ei, qui singula et totum diligentius consideraret, posset videri. Quod quomodo effectum sit, singulis locis demonstrare difficilius scilicet, quam argumentorum summas conficere, verum haud paullo idem utilius eius maxime negotium est, qui iunioribus commentandam Civitatem suscipiat. Quod nostra interest, etiam totius operis in decem libros factam divisionem, quam Schleiermacherus in prooemio ad vernaculam interpretationem p. 4. ab ipso Platone profectam negat, specie potius, quam re ipsa, non ex interiore sententiarum comparatione, sed ad externam partium aequabilitatem institutam esse ex illa consideratione intelligetur. Quamquam externam quoque aeqabilitatem, modo ne continua et sine articulis cohaerentia diffringerentur, equidem suffecisse Platoni existimo, ut tres maiores partes, quarum initia ipse Schleiermacherus in secundi, quinti et octavi libri initium incidere agnovit, in ternas minores amplitudine primo seu prooemio ferme aequales distribueret. Neque enim ideo, quod uno tenore habiti primum, deinde insequenti die narrati sermones illi fue-

re, scriptos quoque et legendos sine distinctione irrequieto quasi flumine decurrere oportebat, sed incisionibus quibusdam et pausa danda lectoribus et articulatim compositi operis compages veluti simulacro repraesentanda erat, quae si eisdem locis omnibus factae viderentur, quibus rerum ac sententiarum membra contexta essent, fieri non potuisset, quin species illa liberioris sermonis, quem ipse Socrates L. III. p. 394. D. ob vagum incessum vento similem dicit, continuo evanesceret atque omnia praedisposita a Socrate apparerent. Cur igitur quod utiliter et apte factum est, quodque omnium codicum et reliquorum testimoniorum consensus ab ipso Platone factum arguit, ad alium auctorem referamus? praesertim quum librarios et bibliothecas, quorum gratia Schleiermacherus factam divisionem suspicatur, iuvare ea nihil potuerit. Sed aliter ab initio distributum atque institutum hoc opus fuisse necesse est, si fides habenda eis, qui Gellio N. A. L. XIIII. c. 3. teste motus quosdam tacitos et occultos simultatis aemulationisque mutuae non afuisse a Platone et Xenophonte putantes „id etiam esse non sincerae neque amicae voluntatis indicium crediderunt, quod Xenophon incluto illi operi Platonis, quod de optimo statu rei publicae civitatisque administrandae scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui primi in vulgus exierant, opposuit contra conscripsitque diversum regiae administrationis genus, quod *παιδείας Κύρου* inscriptum est. Eo facto scriptoque eius usque adeo permotum esse Platonem ferunt, ut quodam in libro mentione Cyri regis habita retractandi levandique eius operis gratia virum quidem Cyrum gnavum et strenuum fuisse dixerit, *παιδείας δ' οὐκ ὀρθῶς ἧφθαι τὸ παράπαν.* Haec enim verba sunt de Cyro Platonis.“ (Leg. L. III. p. 694. C.) Nam eius, quae hodie exstat, Civitatis neque primos duos neque alios

ullos (ipsos enim Gellius non definit) binos libros separatim edi unquam potuisse nemo, qui vel clausulas et initia eorum obiter inspexerit, inficias ibit. Platonem vero per omne vitae tempus ornandis refingendisque dialogis suis operam dedisse quum omnino probabile, tum a Dionysio Halicarnasseo memoriae proditum est: *ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. Πᾶσι γὰρ δήπου τοῖς φιλολόγοις γνώριμα τὰ περὶ τῆς φιλοπονίας τἀνδρὸς ἱστορούμενα, τά τε ἄλλα καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὴν δέλτον, ἣν τελευτήσαντος αὐτοῦ λέγουσιν εὑρεθῆναι ποικίλως μετακειμένην τὴν ἀρχὴν τῆς Πολιτείας ἔχουσαν τήνδε· κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος, τοῦ Ἀρίστωνος.* (de comp. p. 406. Schaef.) Qui quum Civitatem nominatim in eis libris referat, qui emendatricem auctoris manum in extremo vitae curriculo experti sint, quod idem ex Euphorione et Panaetio Diogenes Laërtius III. 37. et nulla auctoritate praescripta ut certum Quintilianus I. O. VIII. 6, 64. narrant, Gellianae traditionis fides per se aestimari, haec autem, quae superest, Civitas secundis curis elaborata videri potest. Qua de re pluribus dicendi locus erit in praefatione ad Timaeum.

Hoc tale igitur opus non immerito, ut nobis quidem videtur, in fronte collocatum qua ratione tractandum putaverim, ex supra dictis omnino intelligi potest. In contextu recensendo familiam eam, quam ducit Par. A. ubicunque fieri poterat, secutus in adnotatione omnem lectionis varietatem vel a me ipso in codicibus editionibusque et in aliorum scriptorum monumentis inventam vel ab aliis prolatam significavi.

Ipse codices contuli quinque; unum Raudnicii, op-
Lob. pido Bohemiae ad Albim sito, in bibliotheca ducis Lob-

coviciani asservatum, membraneum, voluminis maximi, foliorum DCXXXXV. quorum paginae bipartitae XXXV. versus habent. Albini εἰσαγωγὴν excipiunt Euthyphro, Apologia, Crito, Phaedo, Cratylus, Theaetetus, Sophista, Politicus, Parmenides, Philebus, Symposium, Phaedrus, Alcibiades, Charmides, Protagoras, Gorgias, Meno, Hippias maior, Hippias minor, Io, Euthydemus, Lysis, Laches, Theages, Amatores, Hipparchus, Menexenus, Clitophon, Civitas, Timaeus, Timaeus Locrus. In marginibus scholia sunt ab eadem manu, quae totum librum quamquam post Clitophontem nonnihil mutata exaravit, perscripta, cum Ruhnkenianis et Bekkerianis plerumque conspirantia, sed initio libri Civitatis tertii fere deficientia et in fine demum Timaei Locri redeuntia. Aetatem libri elegantissime et diligenter confecti pro certo definire non possum, sed seculo XIIII. recentior non videtur. In Italia olim a Boleslavio de gente Lobcovicia Hassensteiniano, anno MDX. mortuo, magna pecunia redemptus fertur. Sed qui Cornario ab eiusdem gentis viro nobilissimo Sebastiano Hassistenio commodatus fuerat Platonis codex manu scriptus, ab hoc diversum fuisse lectionum a Cornario memoratarum diversitas evincit. Nostro usi sunt in Lysiae amatorio ex Phaedro separatim edendo Haenischius, in Symposio Rückertus et in paucis Timaei locis Lindavius, cuius gratia satis diligentem eius dialogi collationem fecerat Dobrovscius. Ego primum Phaedrum a. MDCCCXXIII. deinde reliqua vere superioris anni in habitatione Casparis Bauschekii, bibliothecae Raudnicicnsi tum praefecti, senis ad extremam usque aetatem doctrinae studio et ingenii comitate excellentis, contuli et in quibusdam dialogis praestantissimum, in multis bonum, in nullo contemnendum deprehendi. Cui in Civitate familiae ad-

numerandus sit, quisque per se videt. Reliqui quatuor Vindobonenses sunt in bibliotheca Caesarea repositi mihique superiori aestate benigne a custodibus doctissimis, Kopitario et Eichenfeldio, oblati, tres Nesselio numeris I. LXXXVIIII. CVIIII. inscripti, quartus a Kollario in sup-
Vind. LIIII. plementis LV. numeratus. Nam quintum, Kollarii LIIII. de quo Bastius exposuit in praefatione libelli *Kritischer Versuch über den Text des Platonischen Gastmahls* p. XIII. sqq. cuius mentionem L. III. p. 386. C. feci, quia c[illegible] Lobcovicensi tantum non in omnibus consentire videbatur, non ultra verba *καλῶς λέγειν* L. I. p. 331. E. et ab initio libri tertii usque ad verba *Ὀρθῶς, ἔφη.* p. 388. A. contuli. Quibus in locis omnia, quae aliter in eo scripta inveni, hic apposui.

L. I.

p. 327. B *ἀπῆμεν*] Ita Vind. *ἀπῆμεν* Lob.
C *Ἦ καὶ*] Ita Lob. *ἢ καὶ* V.
328. A *ἔσται πρὸς ἑσπέραν*] *π. ἑ. ἕ.* V. ut L. sed ille sup. *β' α'*
ποιήσουσιν] Ita V. *ποιήσασιν* L.
B *Ἥιμεν*] *ἦιμεν* L. *ἤϊμεν* cum *ει* super *ϊ* V.
Χαλκηδόνιον] *καρχηδόνιον* L. V. sed hic *λ* super *ρ* habet.
D *ᾖμεν*] Ita V. *ἦμεν* L.
329. B *οἱ ἄλλοι*] Ita V. — L. *οἱ* int. vers. habet.
C *ἀσμεναίτατα*] In L. super antepenultima *εστα*, in V. *έστατ* legitur.
γίγνεται] *γίνεται*, sup. *γ*, V.
p. 329. D *ἐστὶν*] *ἔστιν* L.
330. B *πλείω*] *πλείωι* L.
C *οἱ ἄλλοι*] *οἱ om.* L.
331. A *γηροτρόφος*] *γηροτρόφον* cum *σ* super *ν* L. *γηροτρόφοσ* cum *ον* super *οσ* V.
D *χρὴ Σιμωνίδη*] Ita V. a m. s.

L. III.

p. 386. B *ἐν αὐτῷ*] *ἐν αὐ.* L.
δουλείας] *δειλείας* L. *δειλίας* V.
οὔτ' ἀληθῆ] *οὔτε ἀ.* V.
C *παρ' ἀκλήρῳ*] *παρακλήρῳ* V. *παρακλήρωι* L.
πᾶσιν] *πᾶσι* L.
D *γοώσα*] *γοῶσα* V.
387. D *τεθνάναι*] *τεθνᾶναι* L.

Omnino rerum externarum, formae, ambitus, materiae, manus, delectus et ordinis dialogorum, scholiorum tan-

ta inter utrumque similitudo intercedit, ut, nisi Vind. indivisis paginis et in Clitophonte, Civitate et Timaeo haud dubie ab alia eaque recentiore manu scriptus paulloque minus eleganter habitus et in fine uno, ut videtur, folio truncatus esset, permutari cum Lob. posset. Sed praeter hunc quatuor, ut dixi, in illa bibliotheca codices sunt Civitatem continentes, ex quibus eum, quem littera F notavi, Kollario LV. chartaceum, quadratum, Vind. F. Gorgiam, Menonem, Hippiam maiorem et minorem, Menexenum, Ionem, Clitophontem, Civitatem (fol. LXXXI. – CCX.) Timaeum, Critiam, Minoëm et Gregorii Naz. novem epitaphia in Basilium cum commentario Nicetae exhibentem, a Francisco Barbaro Veneto a. MCCCCXX. possessum ipse usque ad L. II. p. 379. B. contuli; reliquas eius lectiones humanitati Endlicheri, iuvenis ornatissimi, debeo. Is, qui a Nesselio I. numeratus, a me littera E. insignitus est, chartaceus, formae maximae, Vind. E. foliorum CLVI. nihil praeter decem Civitatis libros continet cum Ficini interpretatione trium priorum librorum in margine adscripta, sed a L. II. p. 379. B. *τοῦτο. ὁ δέ γε* usque ad L. III. p. 399. B. *τούτων πράξαντα* deficiente. Fuit I. Sambuci. In spiritibus et accentibus saepe peccat, quarum rerum nullam fere in eo rationem habui. Nesselii LXXXVIIII. nobis Vind. D. item char- Vind. D. taceus formae maximae est. In eo sunt Euthyphro, Apologia, Crito, Phaedo, Cratylus, Theaetetus, Phaedrus, Menexenus, Civitatis libri quinque priores, tum ab alia manu Geminus Rhodius et Elementa astronomiae. „Augerius de Busbecke comparavit Constantinopoli.“ Lectiones eius in quatuor prioribus dialogis, in Menexeno et in Phaedro a Bastio excerptas dedit Stallbaumius, apud quem Vind. 4. nominatur. Reliquus est Nesselii CVIIII. nobis Vind. B. dictus, chartaceus formae quadratae. Vind. B.

Continet Apologiam, Critonem, Phaedonem, Axiochum, Alcyonem, Menexenum, Phaedrum, Gorgiam, Civitatem (fol. CXVII. – CCXII.) Timaeum Locrum, Xenophontis Symposium, Platonis epistolas X. et definitiones, excerpta e Diogene Laërtio, Lysidis Pythagorei epistolam ad Hipparchum, Chrysostomi orationes XVII. orat. de regno et tyrannide, Philocteten. Platonica omnia Parisiis contulit Bekkerus, qui eum littera Φ designavit, Apologiam, Critonem, Phaedonem, Gorgiam, Menexenum et Phaedrum Bastius apud Stallbaumium, cui Vind. 6. dicitur. Ex eius libri collatione denuo cum Platonis contextu, qualem Astius in prima editione dedit, cuius editionis in marginem varias lectiones a Bekkero ex eodem libro allatas conieceramus, instituta didicimus Bekkerum nonnulla perperam significasse, multa neglexisse atque haud pauca eorum, quae postea in Italicis codicibus, praecipue in Vat. M. reperta notavit, eodem prorsus modo in Vind. B. scripta silentio praetermisisse eaque re differentiam horum librorum, quae parva est, ut magna interdum et mira videatur, effecisse. Quod quum ad iudicium de commentariis Bekkeri faciendum alicuius momenti sit, indicem lectionum ab eo omissarum hic subiecimus eorumque librorum, ex quibus easdem vel eodem pertinentes attulit, significationem addidimus.

L. I.

p. 328. C (p. 5. ed. Bekk. vers. 19) *εἰς τὸν Πειραιᾶ*] *τὸν om.* (Vat. BM.)
E (6, 10) *ποία*] *ποῖα*
p. 329. A (6, 16) *συνερχόμεθα*] *συν* — a m. s. (Vat. BM.)
B (7, 2) *τοῦ γήρως*] *ἐκ τ. γ.* sed *ἐκ* a m. s.
p. 329. E (8, 11) *μέντοι γε*] *γε* int. vers. habet. (Vat. M.)
p. 330. A (8, 17) *πάνυ*] *οὐ πάνυ* priori int. vers. adscripto. (Amb. C. Ang. B.)
C (9, 14) *ἥπερ*] *ἠπερ* (*ἥπερ* Par. ADK. Vat. M. et a m. pr. B.)
(9, 15) *ξυγγενέσθαι*] *συγγ.*

p. 330. E (10, 9) ἑαυτοῦ] αὐτοῦ (Vat. M.)
p. 331. C (11, 17) πάντα ἐθέλων] ἐ. π. (Vat. BM.)
D (11, 19) λάβῃ] λάβοι a m. pr.
(11, 20) ὑπολαβὼν] ὑ. οὖν (Vat. M.)
E (12, 10) ὁ ἀνήρ] ὁ om. (— Vat. B. — M.)
p. 332. A (12, 15) ἐστι τοῦτο] τοῦτ' ἐστὶν, non τοῦτό ἐστιν, ut Bekkerus dicit.
B (13, 3) ἀποδιδούς] ἀπο- int. vers.
(13, 7) παράγε] παράτε
(13, 8) ὡς ἔοικεν] om. (Vat. M.)
C (13, 10) φαίνεται] ἔοικεν
p. 333. C (15, 9) τότε δ'] τ. δὲ
p. 334. B (16, 22) κεκάσθαι] κεκᾶσθαι
(17, 4) οὐκέτ'] οὐκέτι
D (17, 16) τοὺς δὲ] non τοὺς δ'
p. 335. A (18, 14) ἔοικε, τούτῳ] ἔοικεν τ.
(18, 18) τὸν δὲ ἐχθρὸν] τὸν δ' ἐ. (Amb. C. Ang. B. Vat. M.)
B (19, 2) ὁντινοῦν] ὁντιναοῦν
E (20, 11) Μαχούμεθα] μαχώμεθα (Vat. M.)
(20, 13) ἤ τιν'] ἤ τινα
p. 336. A (20, 15) οὖ] οὔ a m. pr.
(20, 17) τοὺς δ' ἐχθροὺς] τοὺς δὲ ἐ.
(20, 19) Ἰσμηνίου] ὑσμηνίου
D (21, 17) ἐρεῖς] ἐρῇς a m. s.
E (22, 5) οἵός τ'] οἵός τε
(22, 14) οἷον γε σὺ] οἷόν γε σὺ a m. s.
p. 337. B (23, 3) ἐρεῖς] ἐρῇς a m. s.
(23, 5) οὐκ ἀποδέξομαι] οὐκ int. vers. habet.
(23, 7) οὕτω πυνθανομένῳ] οὕτως π.
E (24, 13) ἔπειτα] ἔπειτ'
p. 338. A (25, 3) τελευτῶν] τελευτὼν
B (25, 5) καὶ τούτων] κ. τούτω (Vat. BM. Ang. B.)
C (25, 14) ξυμφέρον.] συμφ.
D (26, 3) οἶσθα] οἶσθ' (Amb. C. Ang. B. Vat. M.)
E (26, 9) οὕτω. θέμεναι] οὕτως. θ.
(26, 12) τοῦτ' οὖν] τοῦτο οὖν
p. 339. B (27, 8) δίκαιον φῂς] non φ. δ.
E (28, 8) φῇς] φῂς
(28, 10) ξυμβαίνειν] συμβ. (Amb. C.)
(28, 11) τοὐναντίον] τὸ ἐναντίον
p. 340. A (28, 13) Δί'] δία
C (29, 16) Ἥκιστά γε] non ἧ. γ'
E (30, 14) οὖν] ἦν (Vat. M.)
(ib.) νῦν δὴ] νῦν δὲ a m. pr. (Vat. M.)
p. 341. A (30, 17) τοῦτο] τούτω a m. pr. (Vat. M.)
(30, 21) γάρ μ'] γάρ με
(31, 2) λάθοις] λάθῃς
C (31, 17) τῷ ὄντι] τωόντι a m. s.
E (32, 14) ξυμφέροντα] συμφ.

p. 342. A (32, 16) *Τί δὲ δή;*] *δή om.* non *δὲ*
(ib.) *αὐτὴ*] *αὕτη* (Ven. B. Amb. C. Vat. M.)
(32, 17) *τις*] *om.* (Vat. M.)
(32, 20) *ξυμφέρον*] *συμφ.*
(32, 21) *ἔνι*] *ἔστι* (Vat. M.)
(32, 22) *ξυμφέρον*] *συμφ.*
(33, 1-3) *καὶ τῇ — σκέψεται* B] *om.* (Ven. C. Par. DK. Vat. M.)
B (33, 4) *πονηρίαν*] *π. ἐπὶ*
(33, 9) *ἐστί*] *ἐστιν*
C (33, 18) *ἐπιστήμη γε*] *γε ἐπ.* (Vat. M.)
(33, 19) *οὐδ'*] *οὐδὲ*
D (33, 20) *τελευτῶν*] *τελευτὼν*
(33, 22) *Ἄλλο τι οὖν*] *ἆλλ' ὁτιοῦν*
E (34, 10) *οὐδ' ἄλλος*] *οὐδὲ ἄ.*

p. 344. A (36, 20) *κατὰ σμικρὸν*] *κατὰ μ.*
(36, 21) *ἴδια καὶ δημόσια*] *ἰδία κ. δημοσία*
C (37, 9) *αὐτὸν*] *αὐτῶν* a m. pr. (Vat. M.)
D (38, 1) *ἐδεόμην τε*] *τε om.* (Vat. M.)

p. 345. A (38, 11) *εὐεργετήσῃς*] *εὐεργετήσαις* a m. pr.
(38, 12) *τό γε*] *τόγ'*
(38, 13) *οὐδ' οὐδὲ*
D (39, 13) *μέλει*] *μέλλει*
(39, 14) *ἐκποριεῖ*] *ἐκποριεῖται* (addita a m. s. syllaba *ται*)
(39, 15) *ὥστε*] *ὥστ'* (Ang. B. Vat. M.)
(39, 17) *οὕτω*] *οὔτε* (Vat. M.)

p. 345. E (39, 22) *ἔφη*] *ἔφην* a m. s.

p. 346. A (40, 9) *τινὰ*] *om.* (Vat. M.)
E (41, 18) *οὐδὲ ἀρχὴ*] non *οὐδ' ἀ.*

p. 347. A (42, 7) *ἔοικε, μισθὸν*] *ἔοικεν μ.*
C (42, 21) *προσεῖναι*] *εἶναι* (Vat. BM.)

p. 348. A (44, 10) *τἀγαθὰ*] *τὰ ἀ.*
C (44, 20) *αὐτοῖν*] ultima correcta. (*αὐτὴν* Vat. M.)
(ib.) *κακίαν*] *ἀδικίαν*, sed in *ἀδι* correctus.
(45, 3) *ἢ δ' ὅς.*] non *om.*
D (45, 7) *εἶναι*] *om.* (Vat. BM.)
(45, 9) *ἑαυτοὺς*] *ἑαυτοῖς* (Par. DK. Mon. B.)
(ib.) *βαλλάντια*] alterum *λ* int. vers. a m. s. (*βαλάντια* Ven. B. Par. K.)
E (45, 12) *ἔφην*] int. vers. (*om.* Vat. B.)

p. 349. B (46, 15) *ἠγοῖτο δίκαιον*] *δίκαιον* non *om.*
(ib.) *ἠγοῖτο δίκαιον;*] *δίκαιον om.* (Vat. M.)
E (47, 15. 16) *Τὸν — ἄφρονα*] *φημὶ:* int. vers. a m. s.

p. 350. A (48, 2) *ἄν τι*] *ἀντὶ*
B (48, 12) *ἐθελήσει*] *ἐθελήσειε* (Vat. BM.)
C (48, 18) *ἀνομοίου*] *ἀ. οὖ*

p. 350. D (49, 11) ἢ οὐ] ἦ οὐ (ib.) μέμνησαι] μ. ἔφη cum ν super η (μ. ἔφη Vat. M.)
E (49, 19) Δία] δί' (Amb. C. Vat. M.)
p. 351. A (50, 5) ἔφην] non ἔφη (ἔφην Amb. C. Mon. B. Ang. B.)
B (50, 14) ἔφην] ἔφη (Par. DK. Vat. M.)
C (51, 4) πρᾶξαι] πράξαι a m. s.
p. 352. A (52, 3) οὕτως;] οὕτω.
E (53, 13) τοῦτο ἂν] τοῦτ' ἂν (Vat. M.)
p. 353. B (54, 12) οὕτως; Οὕτως] οὕτω; οὕτω (54, 14) αὐτῶν] ἑαυτῶν (Vat. M.)
D (55, 6) ἐκείνου] ἐκείνης
E (55, 14) συνεχωρήσαμεν] non ξυν.
p. 354. A (56, 3) εἰστιάσθω] εἰ — a m. s. (56, 6) εἰστίαμαι] ἑστίαμαι (Vat. M.)
B (56, 10) ποτ' ἐστὶν] ποτέ ἐστι

L. II.

p. 357. C (58, 3) Τί δέ] τί δ' (Amb. C. Vat. HM.)
D (58, 12) ἔφην] — ν int. vers. a m. s. (ἔφη V (58, 13) ἔφη] — η cum litura (ἔφην Vat. M.)
p. 358. A (58, 17) μισθῶν] μ. θ' (Vat. B. — M.)
B (59, 1) ταὐτὰ] ταῦτα (Vat. B. Par. K.) (59, 3) ἐμοὶ δ'] ἐμοὶ δὲ (59, 8) ἐπανανεώσομαι] ἐπὰν ἀνανεώσωμαι (ἐπὰν ἀνανεώσομαι Vat. M.)
p. 358. D (59, 19) ἂν σοῦ] ἄν σου
p. 359. C (61, 11) τὸν δίκαιον] τὸ δ. (Vat. H.) (61, 15) φασι] post προγόνῳ (Vat. M.)
p. 360. B (63, 1) μείνειεν] μείνοιεν
C (63, 5) ἀποκτιννύναι] ἀποκτιννῦναι (ἀποκτινῦναι Vat. B.) (63, 11) οἷός τ'] οἷός τε
E (64, 2) κρῖναι] κρίναι (ib.) τίς] τί (Par. DK. Vat. M.)
p. 361. B (64, 20) ἀνδρείαν] ἀνδρίαν
C (65, 9) ἵν'] ἵνα (65, 11) ἀλλ'] ἀλλὰ
D (65, 17) μάλιστ'] μάλιστα
E (66, 2) τελευτῶν] τελευτὼν
p. 363. A (68, 2) λέγουσι] λέγουσιν
B (68, 7) μέσσας] μέσας (68, 8) μαλλοῖς] μαλοῖς (Ven. B.) (68, 9) παραπλήσια] παραπλησίως (Vat. M.)
C (68, 15) τἀγαθὰ] ἀγαθὰ (Vat. M.)
E (69, 7) λέγουσιν] om.
p. 364. B (70, 3) τοῖς δὲ] τοῖς δ' (Amb. C. Ang. B. Vat. HM.)
C (70, 6) αὐτοῦ] ἑαυτοῦ (70, 7) τιν'] τινα

(ib.) πεμῆναι] ποι μεῖναι (Vat. M.)

p. 364. D (70, 15) ἰδρῶτα] ἰδρῶτας (Vat. M.)

E (71, 1) παρατρωπῶσ'] παρατροπῶσ' (Vat. M.)

(71, 3) ὅμαδον] ὁμαδὸν (Par. D. Vat. M.)

p. 365. A (71, 12) λεγόμενα] λέγομεν cum α super ν

B (71, 18) αὑτὸν] ἑαυτὸν (Vat. M.)

E (73, 3) οὖν] οὐ (Vat. M.)

p. 366. B (73, 13) ταῦθ'] ταῦτα

(73, 16) παρ'] non παρὰ (Amb. C. Ang. B. Vat. HM.)

C (74, 2) δ' ἔγνωκεν] δὲ ἔ.

E (74, 14) εἶναι] non om.

(74, 18) δ' ἑκάτερον] δὲ ἑκ.

(74, 20) πώποτε] πώποτ' (Amb. C. Vat. M.)

p. 367. E (76, 18) ἀεὶ] αἰεὶ

p. 368. C (77, 15) κακηγορουμένη] κατηγ. (Vat. M.)

(ib.) μὴ] int. vers. a m. s. (om. Vat. M. et a m. pr. B.)

(77, 19) τί τ'] τί τέ

p. 369. D (79, 20) ἄλλο τι] ἀλλ' ὅτι

E (80, 5) ἅπασι] om. (Vat. M.)

p. 370. E (81, 19) ἵνα] ἕνα, sup. ἵνα

p. 371. A (82, 12) δὴ] δεῖ (Ang. B. Vat. M.)

(ib.) γεωργῶν τε] τε om.

B (83, 1) ᾠκίσαμεν] ᾤκησαμεν (Ven. B. Par. K. Mon. B. Vat. M.)

p. 371. C (83, 8) ἀλλ' εἰσὶν] ἀλλὰ εἰ.

D (83, 16) ἐμποιεῖ] cum litura post ει (ἐμποιεῖν Vat. M.)

(83, 17) πρᾶσιν] πράσιν (Mon. B.)

E (83, 21) ὥσι] ὦσιν

(84, 6) ὥστ'] ὥστε

p. 372. B (84, 21) φύλλα] φῦλλα

(84, 22) ἐστρωμένων] ἐστρωμμένων

p. 373. A (86, 7) κλῖναί] non κλίναι (κλῖναί Vat. H.)

(86, 11) τὰ ἀναγκαῖα] τἀν. (Ven. B. Mon. B. Ang. B. Vat. HM.)

B (86, 15) αὖ τὴν] αὐτὴν (Vat. M.)

E (87, 19) λέγωμεν] λέγομεν cum ω super ο (λέγομεν Vat. HM. et a m. pr. Mon. B.)

p. 374 B (88, 12) Ἦ] ἢ

D (89, 6) ὁπλιτικῆς] ὁπλητικῆς

p. 375. A (90, 9) ἄλλο] ἄλλ'

C (90, 19) ἄλλους] in m.

(ib.) ἀλλ'] ἀλλὰ

D (91, 9) φύσεις] non τοιαῦται φύσεις (τοιαῦται om. — Vat. B. — M.)

p. 376. A (92, 2) προπεπονθώς] προπεπονθός (Vat. M.)

C (92, 20) ᾗρά] ἄρα

D (93, 5) Δία] δί' (Amb. C. Ang. B. Vat. HM.)

(93, 7) τυγχάνει] τυγχάνοι

(ib.) οὖν] οὔ (Amb. C. Vat. HM.)

E (93, 12) μουσική] μουσικῇ

(93, 16) *Παιδευτέον δ'*] *π. δὲ*

p. 377. A (93, 17) *πρότερον δ'*] *π. δὲ*

(94, 3) *οἴσθα*] *οἶσθ'* (Amb. C. Ang. B. Vat. HM.)

C (94, 16) *παισὶ*] *παισὶν*

E (95, 13) *ὁ εἰπὼν*] *ὃ εἰ.* (Vat. M.)

p. 378. B (96, 1) *λεκτέοι γ'*] *λ. γε*

(96, 3) *ποιοῖ*] non *ποιῇ*

(96, 6) *Δία*] *δί'* (Amb. C. Vat. HM.)

(ib.) *οὐδ'*] *οὐδὲ*

D (97, 2) *οὔτ' ἄνευ*] *οὔτε ἄ.*

p. 379. C (98, 14) *οὔτ' ἄλλου*] *οὔτε ἄ.*

p. 380. C (100, 3) *οὔθ' ὅσια*] *οὔτε ὅ.*

(100, 4) *ξύμφωνα*] *συμφ.*

D (100, 14) *δ' ἡμᾶς*] *δὲ ἡ.*

E (101, 2) *οὐ τὸ*] *οὗ τὸ*

p. 381. B (101, 13) *ἥκιστα ἂν*] *ἥκιστ' ἄν* (Ang. B.)

(101, 14) *ἴσχοι*] *ἴσχη*

(ib.) *ἆρα*] *ἄρα* et saepe.

C (102, 5) *αὐτοῦ*] *ἑαυτοῦ* (Vat. M.)

p. 382. A (103, 4) *μισοῦσι*] non *μισοῦσιν*

B (103, 11) *ἥκιστ' ἂν*] non *ἥκιστα ἄν* (*ἥκιστ' ἄν* Amb. C. Ang. B. Vat. HM.)

E (104, 14) *ἆρ'*] *ἄρα*

p. 383. A (105, 8) *οὐδ' Αἰσχύλου*] *οὐδὲ αἰ.*

(105, 9) *αὐτῆς*] *αὐτοῖς* (Amb. C. Vat. M.)

B (105, 12) *Ξύμπαντά τ'*] *ξύμπαντ'* (Vat. M.)

L. III.

p. 386. A (107, 3) *τοῖς θεούς*] *τοὺς θ.* (Amb. C. Vat. M.)

(107, 4) *οἶμαί γ'*] *οἴμαί γε*

(107, 6) *ἆρ' οὐ*] *ἆρα οὐ*

B (108, 3. 4) *οὔτ'— οὔτ'*] *οὔτε — οὔτε*

C (108, 7) *κ' ἐπάρουρος*] *κε πάρουρος*

(108, 8) *παρ' ἀκλήρῳ*] *παρακλήρῳ* (Vat. M.)

D (108, 17) *πεπνῦσθαι*] *πέπνυσθαι*

p. 387. D (110, 1) *ὁ ἐπιεικὴς*] *ὁ om.* (Amb. C. Vat. M.)

(110, 2) *τεθνάναι*] *τεθνᾶναι*

(110, 3) *ὑπὲρ γ'*] *ὑπέρ γε*

E (110, 7) *ἄρα*] *ἄρ'* (Amb. C. Ang. B. Vat. HM.)

(110, 12) *γυναιξὶ δ'*] *γ. δὲ*

p. 388. A (110, 19) *ἀλύοντ'*] *ἀλύοντα*

C (111, 15) *αἳ αἳ*] non *αἳ αἵ*, ut Bekkerus ait.

D (111, 17) *τοιαῦθ'*] *τοιαῦτα*

(111, 18) *μὴ*] *δὴ* a m. pr. (Vat. M. et a m. pr. B.)

p. 389. D (113, 10) *ἔασι*] *ἔασιν*

p. 390. A (114, 8) *σωφροσύνην*] *σωφροσύνη* (Vat. M.)

C (115, 4) *οὐδὲ ὅτε*] non *οὐδ' ὅτε*

(115, 6) *οὐδ' Ἄρεως*] *οὐδὲ ἄ.*

(115, 7) *Δία*] *δί'* (Amb. C. Vat. HM.)

p. 390. E (115, 16) ᾰ̓στέον] αἰστέον (ἀειστέον Vat. M.)

p. 391. A (116, 2) *Οὔκουν*] οὐκοῦν
(116, 5) κατὰ] κατ' (Ang. B. Vat. M.)
(116, 8) ἂν τισαίμην] ι in syllaba τι a m. s. (ἀντησαίμην Vat. M.)
C (116, 18) *Χείρωνι*] χείρονι (Vat. H.)
(116, 19) αὐτῷ] ἑαυτῶ (Ang. B. Vat. M.)
D (117, 4) τολμῆσαι] τολμήσαι
(117, 8) μηδὲ] μὴ δ' (μηδ' Vat. M.)

p. 392. C (119, 1) ἐγῷμαι] ἐγὼ οἶμαι
D (119, 7) *Ἆρα*] ἆρ'

p. 393. D (121, 3) δὲ ἄνευ] δ' ἄνευ (Vat. M.)
E (121, 12) μετὰ] μετ'

p. 394. A (121, 15) δ' ἐκ] δὲ ἐκ
B (122, 6) οἷός τ'] οἷός τε

p. 395. C (124, 13) ἵνα μὴ] ἵν'

p. 396. A (125, 10) οἶμαι δ'] οἶ. δὲ
(125, 11) οὐδ'] οὐδὲ
(125, 13) δ' οὐδὲν] δὲ οὐδὲν
B (125, 19) Θάλατταν] Θάλασσαν (Amb. C. Vat. HM.)
(126, 1) ἄρ'] ἄρα
D (126, 18) αὐτὸν] ἑαυτὸν

p. 397. C (128, 8) ξυγκεραννύντες] συγκ.
E (129, 3) οὕτως] οὕτω

p. 398. A (129, 10) τε] τ' (Ang. B. Vat. M.)
(ib.) μύρον] μῦρον

p. 399. C (132, 3) λίπε] non λεῖπε
(132, 6) φαίνεται] φαίνονται (Vat. M.)
D (132, 7) πηκτίδων] πυκτίδων (Par. DK. Mon. B. Vat. M.)
E (132, 18) *Δί'*] δία

p. 400. A (133, 8) τρία ἅττα] τρίαττα (τρί' ἄ. Ang. B. Vat. HM.)
B (133, 13) ἀνελευθερίας] ἂν ἐλ. a m. pr. (Par. K. Vat. M.)
C (134, 3) αὐτοὺς] αὐτοῦ (Vat. B. — M.)
(134, 6) ᾗ] non ᾖ
(134, 8) ἀῤῥύθμῳ] ἀρύθμω
D (134, 16) τἆλλα] τὰ ἄλλα

p. 401. B (135, 17. 18) μήτε — μήτε — μήτε] μήτ' ter (μήτ' — μήτ' Ang. B. Vat. M. quos etiam tertio loco μήτ' exhibere Bekkerus significare videtur v. 17. et 18. μήτ' eos exhibere significans. Est enim tertium in v. 18.)
C (136, 4) αὐτῶν] ἑαυτῶν (Vat. M.)
D (136, 10) λανθάνῃ] λανθάνει (Vat. M.)
E (136, 18) αὖ τῶν] αὐτῶν

p. 402. A (137, 2) τὰ δ'] τὰ δὲ
(137, 10) οὔτ' — οὔτ'] οὔτε — οὔτε
C (137, 19) ἀνδρείας] ἀνδρίας
E (138, 17) ᾗ γε] εἴ γε (Ang. B. Vat. M.)

p. 403. B (139, 13) *τούτων*] *τούτω* (Vat. BM.)
C (139, 19) *γυμναστικῇ*] ultima a m. s. (*γυμναστικοὶ* Vat. M.)
D (140, 1) *ᾗ*] *ἢ*
(140, 7) *ἡμεῖς δὲ*] bis.
E (140, 14) *προσήκουσ'*] *προσήκουσα*

p. 404. A (140, 18) *μεγάλα*] *μέγα*
B (141, 10) *ἑστιάσεσιν*] *ἑστιάσεσι*
C (141, 12) *ἐφθοῖς*] *ἑφθοῖς*
(141, 13) *μάλιστα*] *μάλιστ'* (Amb. C. Ang. B. Vat. HM.)
(141, 18) *ὀρθῶς γ'*] *ὀ. γε*
D (142, 3) *εὐπαθείας*] *εὐπειθείας* a m. pr.

p. 405. C (143, 15) *ἀλλὰ δι'*] *ἀλλ'* (*δι'* om. Vat. M.)
D (143, 19) *μάλ'*] *μάλα*
(144, 1) *ὡς οἶμαι*] om. (Par. DK. Mon. B. Vat. M.)

p. 406. A (144, 7) *οὕτως*] *τῶ οὕτως* (Vat. M.)
B (144, 15) *οὔτε*] *οὔτ'* (Vat. M.)
C (144, 21) *οὐδὲ*] *οὐδ'* (Vat. M.)

p. 407. A (146, 3) *Οὔκουν*] *οὐκοῦν*
(146, 5) *δέ γ'*] *δέ γε*
(146, 7. 8) *καὶ — μελετῶντι* B] om. (Vat. BM.)
B (146, 11) *Δία*] *δί'* (Ang. B. Vat. HM.)
E (147, 15) *ᾗ*] *ἢ*

p. 408. B (148, 2) *κἂν*] *καὶ*
C (148, 14) *εἰ δ'*] *εἰ δὲ*
D (149, 4) *πρὸς τῷ*] *π. τὸ* (Vat. BM.)

p. 409. A (149, 18) *κρινεῖν*] *κρίνειν* (Par. DK. Mon. B. Amb. C. Ang. B. Vat. H.)
D (150, 17) *σοφώτερος*] *ἀσοφώτερος* (Vat. M.)
E (151, 4) *ἐμοὶ*] *μοὶ*

p. 410. B (151, 21) *Ἆρ' οὖν*] non *ἆρ' οὖν* (Mon. B.)

p. 411. A (153, 3) *Οὐκοῦν*] om.
B (153, 14) *ἐὰν*] *ἂν*
(153, 17) *σμικρῶν*] *σμικροῦ* a m. pr.
C (153, 18) *θυμοειδοῦς*] *θυμοειδῶν* (Ven. B. Amb. C. Vat. M.)
(153, 20) *γυμναστικῇ*] *γυμναστικὴ*
D (154, 6) *μετίσχον*] *μετέχον* a m. s. (*μετέσχον* Vat. M.)

p. 412. A (155, 14) *γ'*] om.
C (155, 16) *δῆλον.*] om. (Ang. B. Vat. M.)
(155, 19) *Νῦν δ'*] *νῦν δὲ* (ib.) *αὐτοὺς ἀρίστους δεῖ εἶναι*] *αὐ. δ. ἀ. ε.* cum litteris *β α γ* super tribus posterioribus vocabulis. (*ἀρ. δ. αὐ. εἶ.* Mon. B.)
D (156, 6) *ἄρ'*] *ἄρα*

p. 413. A (156, 18) *πᾶσα*] om. (Vat. BM.)
B (157, 5) *ἢ γοητευθέντες*] *καὶ γ.*
(157, 7) *κλαπέντας*] *κλαπέντες*
(157, 12) *τοῦτ'*] *τοῦτο*
E (158, 9) *δυσγοήτευτος καὶ*] *καὶ* om. (Ven. C. Par. K. et a m. pr. D. Mon. B. Vat. M.)
(158, 11) *εὔρυθμόν*] *εὔρρυθμόν*

p. 414. B (159, 2) τῶν τε] τῶν τ' (Ang. B.)
D (159, 21) ἡμεῖς αὐτοὺς] αὐτοὺς om. (Vat. M.)
p. 415. B (160, 21) παραγγέλλει] παραγγέλει
E (161, 20) μάλιστ'] μάλιστα
(162, 5) δ' ἐγὼ] δὲ ἐγὼ
p. 416. B (162, 18) ἔγωγ'] ἔγωγε
D (163, 13) πολέμου] om. Vat. M.
p. 417. A (164, 3) ἰέναι] om.
B (164, 8) τῶν ἄλλων] om.
(164, 11) δεδιότες] ε primae syllabae a m. s.

L. IIII.

p. 420. A (166, 3) ὥστε] ὥστ' (Ang. B., Vat. M.)
C (166, 17) κρῖναι] κρίναι
(166, 21) εἰ] om. (Amb. C. Vat. BM.)
p. 421. A (168, 3) ἄρδην πόλιν] π. ἄ. (Vat. B. Amb. C.)
(168, 5) εἰ μὲν] μὲν punctis circumscriptum.
B (168, 9) λέγοι] ο ultimae a m. s.
C (168, 20) λέγειν; Τί μάλιστα;] λέγειν τί. μάλιστα
p. 422. B (170, 3) ἆρ'] ἄρα
C (170, 15) Ἔγωγ'] ἔγωγε
D (171, 3) ἐὰν εἰς] εἰ a m. pr.
E (171, 12) τούτων δ'] τ. δὲ
p. 423. A (171, 13) ἐὰν μὲν] ἐὰν μὴ (Vat. M.)
(171, 15) ξυμμάχοις] ξυμμάχους a m. pr.
(171, 16) ἀεὶ] non αἰεὶ
(171, 20) οὔτ' ἐν] οὔτε ἐν
p. 423. B (172, 7) αὔξειν] αὐξεῖν (αὐξεῖν Vat. M.)
D (172, 22) Οὔ τοι] οὔ τοι
p. 424. B (173, 17) Εἰκός γ'] εἰκός γε
C (174, 6. 7) δεῖ δ'] δεῖ δὲ
E (175, 4) τοιούτων] τούτων (Vat. M.)
p. 425. D (176, 13) ἢ ὅσα] καὶ ὅ.
E (176, 21) τοιούτους] βελτίστους
(177, 1) ὑπὸ ἀκολασίας] ὑπ' ἀκ. (Vat. M.)
p. 426. A (177, 5) ἐλπίζοντες] ἐλπίζοντας (Vat. M.)
D (178, 8) γ' ὅσοι] γε ὅ.
(178, 12) ὅτι τετράπηχύς] ultimam prioris vocabuli syllabam a m. s. int. vers. habet.
p. 427. A (178, 20) ποιοῦσιν] ποιοῦσι a m. pr.
E (180, 9) ὑμᾶς] ἡμᾶς
(180, 10) οὕτως. Ἐλπίζω] οὕτω. ἐ.
p. 428. A (180, 17) αὐτῶν ἐν] αὐτὸ ἐν cum ῶν super ὸ
C (181, 13) ἐπιστήμην] a m. s.
(181, 16) ἡντινοῦν] ἡντιναοῦν
(181, 19) τισι] τινι (Vat. M.)
(181, 20) ἢ] ἢ (ἦ Amb. C. Ang. B.)
D (182, 5) ὠνομάζομεν] ὀνομάζομεν (Amb. C. Vat. HM.)

p. 429. A (182, 21) *αὐτὴ*] *αὖτη* (Par. K. Vat. M.)
(183, 1) *δι' ὃ*] *διὸ* ...
B (183, 3) *εἴποι*] *εἶπη*
(183, 7) *τοίαν — τοίαν*] non *τοιὰν — τοιὰν*

p. 430. B (185, 8) *καλεῖν*] *καλήν* (Vat. M.)

p. 431. B (187, 1) *ἀκόλαστον*] *οὐκ ἀκ.* (Vat. M.)
(187, 3) *ἑνόν*] *ἓν ὄν* (Vat. M.)
D (187, 18) *Ἔγωγ'*] *ἔγωγε*
E (188, 3) *ἢ*] *ἦ*
(188, 5) *ἐνεῖναι*] *ἐν* — int. vers.

p. 432. B (189, 2) *τοῦτ'*] non *τοῦτο* (Amb. C. Ang. B. Vat. HM.)

p. 433. A (190, 12) *πεφυκυῖα*] *ἂν*, non *om.* (Vat. M.)
B (190, 19) *λέγ'*] *λέγε*
C (191, 4) *κρῖναι*] *κρίναι*
D (191, 17) *μάλα*] *μάλ'* (Vat. M.)

p. 434. A (192, 7) *μεταλαμβάνοντες*] *μέτρα λαμβάνοντες*
(192, 8) *τἀλλήλων*] *εἰ ἀλλήλων* vel tale quid.
B (192, 17) *ἐπιχειρῇ*] *ἐπιχειρεῖ*
C (193, 6) *ἑαυτοῦ*] *αὐτοῦ*
D (193, 13) *νῦν δ'*] *ν. δὲ*

p. 435. C (194, 20) *εἴτε*] *εἴτ'* (Ang. B. Vat. M.)
D (195, 2) *ἀκριβῶς*] *ἀκριβὲς* (Vat. M.)
E (195, 14) *πόλεσι γεγονέναι*] non *πόλεσιν ἐγγεγονέναι* (— Vat. B. — M.)
(195, 17) *μάλιστ'*] *μάλιστα*

p. 436. A (195, 19) *κατὰ*] *κατ'*
(195, 20) *μάλα*] *μάλ'* (Vat. M.)
(196, 2) *ἄλλο*] *ἄλλως* a m. pr. *ἄλλῳ* a m. s.
(196, 3) *θυμούμεθα*] post *ἡμῖν* (Vat. BM.)
(ib.) *ἄλλῳ*] *om.* (Vat. BM.)

p. 437. B (198, 4) *ἀπωθεῖσθαι*] *ἀποθεῖσθαι*
C (198, 12) *ἢ*] *ἦ*
D (198, 22) *ἐστὶ*] *ἐστιν*

p. 438. A (199, 15) *ἐπιθυμοῦσιν*] *ἐπιθυμοῦσι*
C (200, 7) *βραδύτερα*] *βραδ* — a m. s. (*βαρύτερα* Vat. M.)
D (201, 1) *ποιῶν*] *ποίων*
(ib.) *ποιὰ ἅττα*] *ποῖάττα*
E (201, 6) *ποιὰ*] *ποία*

p. 439. A (201, 15) *ἀλλ' αὐτοῦ*] *ἀλλὰ τοῦ* (Vat. M.)
(201, 18) *τούτου*] *τοῦτο*
D (202, 19) *ἀλόγιστόν τε*] *ἀλόγιστόν τι* (Vat. M.)

p. 440. D (204, 15) *ἔοικε*] *om.* (Vat. M.)
(ib.) *ᾧ*] a m. pr. — *ὃ* a m. s.

p. 441. B (205, 15) *δὲ ἐν*] *δ' ἐν* (Vat. M.)
C (206, 5) *δ' ἐν*] *δὲ ἐν*
E (207, 2) *κρᾶσις*] *κράσις*

p. 442. E (208, 20) *τίν'*] *τινὰ*.

p. 443. A (209, 2) *Οὐδέν'*] *οὐδὲν*
(209, 5) *ἄπιστος ἢ*] *ἄ. ἦ* (*ἄ. ἦι* Par. A. Ven. C.)
B (209, 13) *Δία*] *δί'* (Vat. M.)
D (210, 5) *ἑαυτοῦ*] *αὐτοῦ*
(210, 11) *ἄλλα ἅττα*] *ἄλλάττα* (*ἄλλ' ἅττα* Ang. B. Vat. M.)

p. 444. A (211, 4) Δίαου] δι' οὗ (δι' οὐ Ang. B. Vat. M.)
p. 444. C (211, 19) τε] int. vers.
E (212, 12) οὕτως.] οὕτω.
(212, 13) δὲ] δ'

Ad haec addenda sunt quae volens Bekkerus neglexit an tacuit, quorum habita in nostro indice ratio non est, duo vel plura vocabula ut unum scripta, pleraque in marginibus posita, secundae personae in η terminatae, spiritus pronominum αὐτοῦ et αὑτοῦ, tum quae in adnotatione ad L. II. p. 366. A. 370. C. D. 376. C. 382. B. 383. B. III. 398. D. 399. C. E. 402. D. 404. A. 411. D. E. 412. A. 416. B. C. IIII. 420. A. 422. E. 425. A. 427. E. 428. C. 429. A. 433. C. 434. A. 435. A. 436. B. 437. D. 438. D. 439. E. 440. C. 441. A. C. 442. D. 445. C. vel falso relata vel omissa ab eo ostendimus, quae cuncta Parisienses libros, hoc est, eos, secundum quos recensionem fecit, ne nimis accurate perspectos credamus, prohibent. Profecto optandum est, ut omnibus deinceps, quam nobis nunc uni licuit, aliquando adhibeatur retractatio. Quorum qui Civitatem habent, sex numero sunt praeter Vind. B. a Par. A. Bekkero excussi. Primus est optimus ille Regius A. quem Bekkerus eadem littera notatum in indice codicum primo volumini Platonis praeposito sic descripsit: „(A) 1807 (olim 94 et 2087) membranaceus, forma maxima, foliis 344, paginis bipartitis, scholiis minuto quodam uncialium genere scriptis. Continet Clitophontem, de re publica libros decem, Timaeum, Critiam, Minoem, Leges, Epinomidem, Epistolas, Definitiones, De iusto et De virtute dialogos, Demodocum, Sisyphum, Halcyonem, Eryxiam, Axiochum. Scriptus est seculo decimo ineunte. ὠρθώθη ἡ βίβλος αὕτη ὑπὸ κωνσταντίνου μητροπολίτου ἱερᾶς πόλεως, τοῦ καὶ ὠνησαμένου." Consentiunt his ea, quae in codicum manu scriptorum bibliothecae Regiae catalogo, T. II. p. 405. leguntur, ubi olim Mediceus fuisse, episto-

las duodecim continere, ad calcem manu valde antiqua *Hunc librum correxit Constantinus Hierapoleos Metropolita, qui et mercatus est* annotatum habere, denique seculo X. ineunte exaratus videri dicitur. Sed in comm. crit. Vol. I. p. VIIII. Bekkerus de codice Clarkiano verba faciens monet: „scriptus ille a. 896. unde patet Parisiensem primum (A) qui omnes habet altioris vetustatis notas, perperam in catalogo Paris. ad decimum seculum referri. conf. Bast. ad Corinth. p. 81.“ Ibi Bastius Ruhnkenii apographum scholiorum ex illo codice transscriptum multis locis vitiosum, codicem ipsum seculi noni esse pronuntiat. Idem comm. pal. p. 727. sq. de compendio quodam praepositionis *προὸς* disputans „In Scholiasta“ inquit „Platon. p. 168. legebatur *ξήκει* pro *προσήκει*. v. *Append.* p. 44. Integrum Scholiastae locum tab. II. num. 2. ex egregio Codice 1807. repraesentavi. In altero exemplo, item e Cod. 1807. sumto, (tab. II. num. 3.) prima manus scripsit voces *βοτάνης ὄνομα ποιᾶς*: altera manus adiunxit haec, *βαρύνεται δὲ, ἐπειδὴ κύριον· ὅτε δὲ προσηγορικὸν, ὀξύνεται.* Quaenam sit haec altera manus, discas ex nota in fine Codicis addita: *Ὠρθώθη ἡ βίβλος αὕτη ὑπὸ Κωνσταντίνου Μητροπολίτου Ἱεραπόλεως, τοῦ καὶ ὠνησαμένου.*“ Denique Faehsius in praefatione sylloges variarum lect. Paris. p. XXV. haec refert: „Cod. MDCCCVII. membranaceus, optimae notae elegantissime et summa aequalitate atque constantia a prima ad extremam usque literam exaratus, seculi forte IX aut X, cum notis haud ita multis. Is continet libros de Rep. omnes, de Legg. omnes, Tim. Atl. Min. Epin. Epistolas XII, Defin. Axioch. Eryx. Sisyph. Clitophontem. Singula folia binas habent columnas. Codex lectu haud est facilis; iota nunquam subscriptum sed adscriptum in fine. Nomina loquentium non sunt addita,

sed signa ⨯ et ∼ nec id ubique. Voces plerumque continuo sunt scriptae, *ν ἐφ.* plerumque additum et sequente consonante vel medio in contextu. Nullae fere interpunctionis notae.“ Ipsae lectiones a Faehsio prolatae tam paucae sunt, ut vix mentione dignae, nedum cum Bekkeri collatione comparandae videantur. Sed tamen ex eis, quae de littera *ν* omnino et L. I. p. 351. C. et IIII. 443. B. de margine memoravit, neque huius ubique rationem a Bekkero habitam neque omnia orthographica ab eo notata esse intelligitur. Secundum locum Bekkerus Vaticano B. tribuit ab ipso littera *Θ* significato et primi Vol. p. XII. post Vaticanum A. (*Δ*) membra-
Vat. B. neum formae maximae ita descripto: „(*Θ*) 226. Eiusdem codicis volumen alterum (*Πλάτωνος βιβλίον δεύτερον*), ff. 422. Continet Theagem, Charmidem, Lachetem, Lysidem, Euthydemum, Protagoram, Timaeum, Hippiam utrumque, Ionem, Menexenum, De iusto et De virtute dialogos, Demodocum, Sisyphum, Alcyonem, Eryxiam, Axiochum, Clitophontem, de Re publica libros. Caret
Ven. B. scholiis.“ Tertius est Venetus B. a Bekkero littera *Ξ* notatus p. XIII. „(*Ξ*) 184 membr., f. max., ff. 494. quinquagenorum versuum. Continet post Alcinoum dialogos praeter Eryxiam omnes, epistolas, definitiones, Timaeum Locrum, *Πλουτάρχου περὶ τῆς ἐν τῷ Τιμαίῳ ψυχογονίας. κτῆμα Βησσαριῶνος καρδηνάλεως τοῦ τῶν τούσκλων.*“ De eo Morellius ad Morgensternium (symbolis Dorpatenis I. p. 261.) a. MDCCLXXXXVI. mense Febr. ita scripsit: „N. 184. membr. in fol. sec. XV. manu Ioannis Rhosi Presbyteri Cretensis, Bessarionis Cardinalis iussu scriptus, continet Platonis opera omnia cum scholiis.“ Ea in Civitate non ultra initium libri tertii procedere in descriptione codicis 187. demonstrat, quem ipsum nondum collatum membraneum, quadratum, sec.

XV. scriptum Platonis Politiam cum scholiis perpaucis et quaedam eiusdem alia continere docet. Ibidem quartum commemorat non magis a quoquam collatum, absque numero post impressum indicem bibliothecae Marcianae additum, membraneum, forma maxima sec. XII. scriptum, inter alia Platonica Civitatem cum scholiis continentem, sed inde a libro tertio usque ad ultimum manu sec. XV. exaratum. Is haud dubie idem est, quem Bekkerus comm. crit. praef. p. VIIII. littera *t* notatum descripsit. Sequitur Venetus C. Bekkeri *Π*, de quo p. XIII. haec habet: „(*Π*) 185 membr., f. max., ff. 349. Continet Ven. C. Timaeum Locrum (et eum quidem a recentiori manu), Euthyphronem, Apologiam, Critonem, Phaedonem, Cratylum, Theaetetum, Sophistam, Politicum, Parmenidem, Philebum, Convivium, Phaedrum, Alcibiadem primum et secundum, Hipparchum, Amatores, Clitophontem, de Re publica libros.“ Desinit L. X. p. 612. E. Morellius l. c. „N. 185. membr. in fol. sec. XII. Platonis opera quaedam et de Rep. cum scholiis perpaucis. Libros de rep. contulit Car. Nürnbergerus, a quo Astius paucas lectiones accepit.“ Sane paucae sunt istae lectiones et tamen bis in his quatuor Civitatis libris II. p. 370. C. et III. p. 398. C. Bekkerum negligentiae suspectum faciunt. Supersunt duo Regii, Bekkero et nobis litteris D et K signati. Prioris descriptio apud Bekkerum p. VIII. haec est: „(D) 1810. bomb., f. max., ff. 300. Continet Euthyphro- Par. D. nem, Critonem, Apologiam, Phaedrum cum Hermiae, Parmenidem cum Procli commentariis, de re publica libros, Convivium. Fuit Francisci Asulani.“ Catalogus l. c. p. 406. insuper docet Hermiae commentariorum tres, Procli septem esse libros, post Convivium Lysidis Pythagorei epistolam ad Hipparchum, manu recentiore scriptam, post eam Anonymi paschalion legi; codicem

ipsum, Fonteblandensem, situ corruptum nec lectu facilem, sub finem seculi XIII. exaratum videri. At Cousinio praef. ad Procli T. IIII. p. VIII. codex optimus duodecimi seculi audit. Magnam libri quarti partem (p. 429. C. — 442. D) nescio quid abstulit. De altero Bekkerus p. VIIII.
Par. K. haec ostendit: „(K) 1642 chart., f. max., ff. 277. Continet, inter Xenophontea quaedam et Mathematica, de re publica libros, Convivium, Minoem, Definitiones. Cf. Bipont. Vol. 7. p. 341.“ Scilicet Bipontini Platonis editores eundem codicem conferri iusserant collatique descriptionem cum Catalogo (p. 381.) consentientem, deinde ipsas lectiones a Stephano differentes exhibent p. 355. — 424. Quod ad codicem attinet, ab utrisque ad seculum XV. refertur, in Catalogo emptus a. MDCLXXXVIII. a Bipontinis eleganter et nitide scriptus egregieque servatus dicitur. Xenophontea, quae Platonicis praecedunt, Hellenica sunt et Apomnemoneumata et Agesilaus et Hiero, mathematica, quae sequuntur, Heronis stereometrica, quibus deinceps adiecta sunt Excerpta ex Aristotele de providentia divina, Ptolemaei tractatus de iudicandi facultate et de animi principatu, Eiusdem de orbium coelestium motu liber, *Περὶ προχείρων κανόνων* XXIII. capita, comparatio Alexandri et Caesaris ex Appiani Civilium libro secundo, Appiani Civilium liber IIII. Diodori Siculi locus de sepultura Alexandri, Manuelis Phile Ephesii iambi de Alexandro M. Eiusdem iambi in tabellam nuptias Alexandri pictas exhibentem (secundum Lucianum) denique Eiusdem, ut videtur, fragmentum de variis animalium generibus. De lectionis varietate, quam Bekkerus omnino locupletiorem, quam Bipontini, sed horum ratione non habita excerpsit, plenius nunc et certius coniunctis utrorumque commentariis constat, quum multa a Bipontinis omissa *secundum Bekkerum*, quaedam

ab hoc neglecta *secundum Bipontinos* in numerum relata sint, consensus autem utrorumque dubitationem nullam relinquat. Vltimus a Bekkero ad recensionem adhibitorum Monacensis est B. Bekkero q dictus, collatus Halis Saxonum a. MDCCCV. de quo p. XIIII. ita scribit: „(q) 324 chart., f. quadr. Continet de Re publica libros decem, Timaeum, Timaeum Locrum, Plethonis preces et hymnos.“ Pluribus eum descripsit Hardtius (in Aretini symbolarum T. IIII. a. MDCCCV. edito p. 583. sqq.) secundum quem numero est CCXXXVII. „chartaceus, charta tenui et laevigata, initialibus principalibus rubris, literis minutis et elegantibus, in quarto, cum notis marginalibus, constans foliis 294, possessus a Demetrio Rhaul graeco, item a Nic. Dorcaborico, ex libris P. Victorii, Saec. XV, bene conservatus et inscriptus.“ Initium faciunt Platonis Definitiones in membrana separata scriptae. Politia folia 5. — 204. implet. Reliqui quatuor Bekkeriani post Graecorum voluminum, ut supra significatum est, editionem ab editore collati et litteris t, v, m, r indicati sunt. Ex his primus est Ambrosianus C. referente in comm. crit. praef. p. V. Bekkero „(t) 90, membranaceus, f. max., et ipse recens.“ (sicut Ambros. C. quem valde recentem dixerat.) „insunt de Re publica libri decem.“ Eum Bekkerus tantum usque ad L. IIII. p. 439. E. contulit. Mon. B. Amb. C.

Secundus Angelicus B. in bibliotheca Angelica Ord. Erem. S. P. Augustini Rom. „(v) C. 1. 7, f. max., foliis 380 membranaceis, 83 chartaceis, seculi 16. in primo folio principium est Gorgiae (*Πολέμου* — p. 4, 14 *ἐτύγχανεν ὤν*): quod excipiunt Meno, Critias, Minos, Res publica, Hippiae. deinde, post folia vacua sex, alia manus, eaque peritior, Phaedrum scripsit et Leges et Alcibiadem secundum. sequuntur, in charta scripta, Albini *εἰσαγωγή*, Theonis *τῶν κατὰ τὸ μαθη-* Ang. B.

ματικὸν χρησίμων εἰς τὴν πλάτωνος ἀνάγωσιν, Alcinoi *λόγος διδασκαλικὸς τῶν πλάτωνος δογμάτων*, Plutarchi
Vat. H. *περὶ μουσικῆς*." Tertius Vaticanus H. secundum p. VIII. „(m) 61, bombyc. aut chart., f. quadr., ff. 188. insunt Aristophanis Nubes et Ranae, Pindari Olympionicae, Rei publicae libri novem, Gorgias fine truncatus." Deest Civitatis liber primus. Quartus duobus voluminibus con-
Vat. M. stat, Vaticanus M. secundum p. VIIII. „(r) 1029 *a* et *b*, membranacei, f. max., foliis bipartitis. horum alter (fol. 487) post Albini prooemium Euthyphronem habet et qui Euthyphronem sequi solent ad illa Ionis *πολὺ διαφέρει ὦ* (p. 196, 10), alter (ff. 517) incipit ab illis *Σώκρατες πολὺ γὰρ.* prioris folium 353 (*ἔστι δὴ οὖν δεῦρο ὁ πᾶς ἥκων λόγος* Phaedr. p. 46, 13) ab alia manu scriptum est." Praeter hos in Italia septem Politiam continentes codices vidit Bekkerus, Vrbinatem B. (f. comm. crit. praef. p. VIII.) Vaticanum L. (p.) p. VIIII. Venetum E. (t) de quo paullo ante dictum, et quatuor Florentinos A, B, R, C (z, a, b, c) p. VI. sed ad nullum eorum hos Civitatis libros exegit. Inter eos, quos Weigelius conferri iussit, quorum varietatem Stallbaumii editio exhibet, ad nostrum opus pertinent octo, omnes Florentini, a De Furia incredibili, ut in Var. Lect. T. IIII. praef. p. VI. Stallbaumius ait, diligentia excussi. Primus est
Flor. A. Florentinus A. (Stallbaumio a.) in bibliothecae Laurentianae pluteo LVIIII. primus, secundum Bandinium T. II. p. 485. sqq. bombycinus, formae maximae, foliis DXXXVIIII. seculi XIIII. Continet Diogenis Laërtii vitam Platonis, Albini introductionem, Theonis Smyrnaei librum de mathematicis ad Platonis lectionem utilibus, Alcinoi epitomen, Plutarchum de musica, tum Platonis Euthyphronem, Apologiam, Critonem, Phaedonem, Cratylum, Theaetetum, Sophistam, Politicum, Parmenidem,

Philebum, Convivium, Phaedrum, Pythagorae aurea carmina, Timaeum Locrum, Plutarchum de animae procreatione in Timaeo, Platonis Timaeum, Alcibiadas, Hipparchum, Amatores, Theagem, Charmidem, Lachetem, Lysidem, Euthydemum, Protagoram, Gorgiam, Menonem, Hippiam maiorem et minorem, Ionem, Menexenum, De iusto, De virtute, Demodocum, Sisyphum, Halcyonem, Eryxiam, Axiochum, Clitophontem, Civitatem, Critiam, Minoëm, Leges, Epinomidem, Epistolas, Definitiones. Scholia habet ab eadem manu characteribus minoribus exarata. Secundus est Florentinus B. (Stallbaumio b.) plut. LXXXV. 6. secundum Bandinium T. III. p. 251. sqq. membraneus, formae maximae, foliis CCXXXXIIII. seculi XII. Continet Euthyphronem cum undecim in Flor. A. sequentibus, Alcibiadas cum decem sequentibus, Ionem, Clitophontem, Timaeum, Hippiam utrumque, Menexenum, Civitatis librum primum et initium secundi (usque ad p. 358. E.) Cetera secundi libri recentissima et elegans manus exaravit. Scholia partim a recentiore manu habet, partim a vetustiore. Tertius est Florentinus C. (Stallbaumio c.) plut. LXXXV. 9. secundum Bandinium T. III. p. 257. sqq. membr. f. max. fol. CCCCXXXIIII. sec. XIII. Continet Pythagorae carmina aurea, Alcinoum, Theonem, Diogenis La. Platonem, Albinum, dialogos XII. in Flor. A. priores, Alcibiadas cum XXIII. in eodem sequentibus (etiam spuriis) et post Civitatem Timaeum Locrum, Plutarchum de animae procreatione in Timaeo, Timaeum, Critiam, Minoëm, Leges, Epinomidem, Epistolas, Definitiones, Aristidis orationes IIII. (Platonicam III. pro Quatuorviris, pro rhetorica, Vlyssis ad Achillem) Libanii orationem Achillis ad Vlyssem, Xenophontis Oeconomicum et Convivium. Platonicis dialogis scholia adscripta sunt multa. Quartus est Florentinus L. (Stallbaumio n.) plut. LXXXV. 14.

Flor. B.

Flor. C.

Flor. L.

secundum Bandinium T. III. p. 273. chartaceus, formae quadratae minoris, fol. CCCXXIIII. sec. XV. Continet Themistii paraphrasin in Aristotelem de physica auscultatione, Platonis Timaeum, Civitatis fragmentum (L. III. p. 400. C. usque ad IIII. 439. B.) Convivium, Alcibiadem secundum, Hipparchum, Amatores, Menonem. Liber multis in locis recentissima manu suppletus. Quintus est

Flor. R. Florentinus R. (Stallbaumio x.) plut. LXXXV. 7. secundum Bandinium T. III. p. 254. membr. f. max. fol. CCXXIIII. sec. XV. Continet Gorgiam, Menonem, Hippiam utrumque, Menexenum, Ionem, Clitophontem, Civita-

Flor. T. tem, Timaeum, Critiam, Minoëm. Sextus est Florentinus T. (Stallbaumio α'.) plut. LXXX. 7. secundum Bandinium T. III. p. 185. membr. f. max. fol. CXXXXII. sec. XV. continens Civitatem et Parmenidem. Fuit Francisci Philelphi et scriptus videtur manu Theodori Gazae. Stallbaumius etiam Clitophontem, quem Bandinius in eo inesse non ostendit, ad eum collatum dicit praef. T. IIII. p. VIII.

Flor. U. eiusque lectiones p. 496. sqq. refert. Septimus est Florentinus U. (Stallbaumio β'.) plut. LXXX. 19. secundum Bandinium T. III. p. 208. membr. f. quadr. fol. CCXXXXVII. sec. XII. Continet Civitatem, Timaeum, Synesii orationem de regno, sermones duo de providentia, Dionem, de insomniis, calvitii encomium, ad Paeonium. Octavus est

Flor. V. Florentinus V. (Stallbaumio γ'.) numero 2758. olim Abbatiae Benedictinorum, nunc Laurentianus, membraneus, quadratus, nescio an idem, quem Montefalconius Diar. Ital. cap. XXV. p. 367. et Bibl. bibl. T. I. p. 415. E. membraneum seculi XIII. libros de Republica continentem significat. Reliqui sunt, quorum notitiam Creuzero debemus, Darmstadiensis et Palatinus pauca libri primi

Darmst. et secundi fragmenta exhibentes. Darmstadiensis chartaceus est seculi XV. et inter alia Platonica continet lo-

cum libri I. p. 328. D. *ἀλλ' ἡμεῖς ἄν* usque ad *ξυμβαίνει* p. 329. D. et libri II. p. 359. C. usque ad finem fabulae de annulo. Lectiones protulit Creuzerus in appendice ad Plotinum de pulchritudine p. 516. sq. Palatinus magna excerptorum ex variis scriptoribus multitudine insignis locum habet de annulo cum paucis Symposii in singulari folio scriptum. Codicem accuratius descripsit Creuzerus Melet. I. p. 98. sq. varietatem ad illum locum pertinentem p. 117. exhibuit. Pal.

Horum igitur codicum omnium, numero XXVI. lectiones omnes ita indicavi, ut quae silentio eorum, qui contulerunt, efficiantur, ex uncis circum codicum signa positis intelligi voluerim.

Codicis instar est Ficini interpretatio Latina. Ex ea igitur quae diversam a recepta lectionem arguere, praeterea pauca, quae notatu digna viderentur, sic excerpsi, quemadmodum in Bekkeri editione leguntur partim Florentinam, partim Venetam a. 1491. ut ipse in fine praefationis p. XIIII. demonstrat, secuti, sed in nonnullis etiam Veneta a. 1517. in quibusdam sua coniectura usi. Qualem in Civitate codicem versaverit Marsilius, quaerenti facile apparebit. Fic.

Editiones adhibui et per omnia ipse contuli primum principem, Aldinam, cuius titulus est: *ΑΠΑΝΤΑ ΤΑ ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ.* OMNIA PLATONIS OPERA. ALDVS (delphinus in ancora) M. R. In fine partis posterioris p. 439. leguntur haec: *Ἐνετίησιν ἐτυπώθη παρὰ τοῖς περὶ τὸν Ἄλδον, παλαιοῖς τισι καὶ ἀξιοπίστοις κεχρημένον ἀντιγράφοις. χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τρισκαιδεκάτῳ ἀπὸ τῆς θεογονίας ἐνιαυτῷ. Καθ' ὃν ΙΩΑΝΝΗΣ ΜΕΛΙΚΕΤΗΣ Ὁ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΥ Καλοῦ πατρὸς καλὸς υἱός, τῆς Ἄκρας δὴ καὶ παντοκρατορικῆς ἀρχιερατείας ἀξιωθεὶς ἐν ῥώμῃ, Λέων μετωνομάσθη δέκατος.* Ald.

ᾧ πᾶς ὁ χριστώνυμος λεὼς ἄνδρες, γυναῖκες, παῖδες, γέροντες βίον πολυετῆ καὶ πάντα συνεύχονται τἀγαθά. πάντες γὰρ ἐλπίζουσιν αὐτὸν, εἰρηνοποιὸν μὲν, καὶ πολέμων οἷς νῦν ἅπαντα πυρπολεῖται κατασβεστῆρα. τῆς δ' ἀληθινῆς παιδείας καὶ τῶν ἑλληνικῶν λόγων ἀνακαινιστὴν καὶ τῆς μὲν ἰταλίας νοσούσης καὶ στασιαζούσης ἰατρὸν αὐτῆς δὲ τῆς ἑλλάδος, πάλαι καταδεδουλωμένης. ἐλευθερωτὴν, καὶ ὅλως τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων εὐεργέτην ἔσεσθαι καὶ διορθωτήν. — — VENETIIS IN AEDIB. ALDI, ET ANDREAE SOCERI MENSE SEPTEMBRI. M. D. XIII. (Graeca etiam maiusculis litteris excusa in hac et in sequente editione apicibus suis

Bas. a. inscripta sunt.) Tum Basileensem priorem: *ΑΠΑΝΤΑ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΜΕΘ' ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ, ΠΡΟΚΛΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΙΜΑΙΟΝ, ΚΑΙ ΤΑ ΠΟΛΙΤΙΚΑ, ΘΗΣΑΥΡΟΥ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙΑΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ ΜΕΓΙΣΤΟΥ.* PLATONIS OMNIA OPERA CVM COMMENTARIIS PROCLI IN Timaeum et Politica, thesauro veteris Philosophiae maximo. *Προστέθειται δὲ καὶ εἰς τὰ τοῦ Πλάτωνος ἅπαντα, γνώμων καὶ ὀνομάτων ἀξιομνημονεύτων, Ἔλεγχος.* Adiectus etiam est in Platonis omnia, sententiarum et verborum memorabilium, Index. BASILEAE APVD IOAN. VALDERVM, MENSE MAR-

Bas. b. TIO, ANNO M. D. XXXIIII. Basileensem posteriorem: *ΑΠΑΝΤΑ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΠΡΟΣ ΤΑ ΠΑΛΑΙΟΤΑΤΑ ΑΡΧΕΤΥΠΑ ΜΕΤΑ ΠΑΣΗΣ ΑΚΡΙβείας ἐπανορθώμενα.* PLATONIS OMNIA OPERA, EX VETVSTISSIMORVM EXEMPLARIVM collatione multo nunc quam antea emendatiora. *Προσέτι καὶ εἰς τὰ τοῦ Πλάτωνος ἅπαντα, γνώμων τε καὶ ὀνομάτων ἀξιομνημονεύτων Ελεγχος.* Praeterea in Platonis omnia, sententiarum et verborum memorabilium INDEX. Cum Caes. Maiestatis gratia et privilegio. BASILEAE, APVD HENRICHVM

PETRI. In fine legitur: BASILEAE, PER HENRICHVM PETRVM, ANNO SALVTIS HVMANAE M. D. LVI. Mense Martio. Stephanianam: *ΠΛΑΤΩΝΟΣ* Steph. *ΑΠΑΝΤΑ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.* PLATONIS Opera quae extant omnia. EX NOVA IOANNIS SERRANI INterpretatione, perpetuis eiusdem notis illustrata: quibus et methodus et doctrinae summa breviter et perspicue indicatur. EIVSDEM Annotationes in quosdam suae illius interpretationis locos. HENR. STEPHANI de quorundam locorum interpretatione iudicium, et multorum contextus Graeci emendatio. 1578. EXCVDEBAT HENR. STEPHANVS, CVM PRIVILEGIO CAES. MAIEST. Constat tribus tomis, quorum in secundo est Civitas. Horum quatuor librorum, quos *editos ante Astium* dico (nam Lugdunensis a. 1590. Francofurtanae a. 1602. Bipontinae a. 1785. utpote Stephanianam sine iudicio sequentium rationem nullam habui, Masseianam Cantabrigiae a. 1713. duobus voluminibus editam nondum vidi) varietatem exceptis aperte vitiosis interpunctionibus et Basileensium mendis quibusdam typographicis omnem exhibui. Astii editiones tres consului, primam Ienensem a. 1804: *ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑ* SIVE DE REPVBLICA LIBRI DECEM. EDIDIT D. FRIDERICVS ASTIVS. secundam Lipsiensem a. 1814: PLATONIS POLITIA SIVE DE RE PVBLICA LIBRI DECEM RECENSVIT ATQVE EXPLANAVIT F. A. tertiam item Lipsiensem a. 1822: PLATONIS QVAE EXSTANT OPERA. ACCEDVNT PLATONIS QVAE FERVNTVR SCRIPTA. AD OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM RECENSVIT IN LINGVAM LATINAM CONVERTIT ANNOTATIONIBVS EXPLANAVIT INDICESQVE RERVM AC VERBORVM ACCVRATISSIMOS ADIECIT F. A. TOMVS QVARTVS POLITIAE LIB. I — VIII.

CONTINENS. Primae repetitionem Ienae a. 1820. factam non inspexi neque ex tribus illis nisi potiora commemoravi. Inter secundam tertiamque Astii prodiit Bekkeriana: PLATONIS DIALOGI GRAECE ET LATINE EX RECENSIONE IMMANVELIS BEKKERI PARTIS TERTIAE VOLVMEN PRIMVM. BEROLINI IMPENSIS GE. REIMERI. 1817. Scilicet ordinem dialogorum Bekkerus eum instituit, qui placuit Schleiermachero, cuius etiam de genuinis ac spuriis decreta amplectitur omnia. Itaque primae eius partis volumen prius continet Phaedrum, Lysidem, Protagoram, Lachetem, Charmidem, Euthyphronem; posterius Parmenidem, Apologiam, Critonem, Ionem, Hippiam minorem, Hipparchum, Minoëm, Alcibiadem secundum; secundae primum Gorgiam, Theaetetum, Menonem, Euthydemum; secundum Cratylum, Sophistam, Politicum, Symposium; tertium Phaedonem, Philebum, Theagem, Amatores, Alcibiadem priorem, Menexenum, Hippiam maiorem, Clitophontem; tertiae primum Civitatem; secundum Timaeum, Critiam, Legum libros sex priores; tertium reliquos sex libros Legum, Epinomidem, Timaeum Locrum, Epistolas, Axiochum, De iusto, De virtute, Demodocum, Sisyphum, Eryxiam, Definitiones; pro spuriis habet atque *incerti auctoris* inscribit Ionem, Hippiam minorem, Hipparchum, Minoëm, Alcibiadem utrumque, Theagem, Amatores, Clitophontem, Epinomidem, Timaeum Locrum, Epistolas, Axiochum cum quinque sequentibus et Definitiones. De quibus rebus omnibus alio loco dicemus. Editionis Bekkerianae varietatem integram adnotavi, tantum commatum praetermissionem et vocabulorum divisionem et alia quaedam orthographica, quae infra attingam, omisi. Codicum a Bekkero collatorum varietatem petivi ex eius in Platonem a se editum commentariis criticis duobus

voluminibus Berolini 1823. apud Reimerum editis, quorum posteriori scholia ad codices Clark. Par. ABF. Ven. B. collata et indice nominum propriorum instructa adiecit. Denique Stallbaumii editionem contulimus: PLATONIS QVAE SVPERSVNT OPERA. TEXTVM AD FIDEM CODICVM FLORENTT. PARISS. VINDOBB. ALIORVMQVE RECOGNOVIT GODOFREDVS STALLBAVM PHILOSOPH. DOCTOR ET AA. LL. MAGISTER SCHOL. THOM. LIPS. COLL. III. TOMVS V. LIBROS DE REPVBLICA CONTINENS. LIPSIAE SVMTIBVS I. A. G. WEIGELII. 1823. et huius quoque varietatem integram apposuimus, Florentinorum autem codicum lectiones ex eius tomo XI. a. 1825. edito retulimus. Sed quae hoc ipso anno eiusdem Stallbaumii opera in Bibliotheca Graeca ab Iacobsio et Rostio instituta prodiit Politiae pars prior, confecta demum adnotatione nostra ad nos pervenit nullique nobis usui esse potuit.

Praeter codices et editiones scriptorum antiquorum, qui vel maiores huius operis partes excerpserunt vel particulas et dictiones sermoni vel sententiis auctoritatem Platonis vindicaturi laudaverunt, testimonia quotquot vel ab Astio, cuius utiliter plerumque in eis colligendis versata est industria, citata viderem vel ipse in eis potissimum libris, qui post Astii commentarium editi sunt, invenissem, ita adhibui, ut simul variarum lectionum in illorum codicibus scriptorum exstantium rationem haberem. Itaque Stobaeum non simpliciter, sed cum Trincavellianae a me ipso collatae et cum codicum a Gaisfordio excussorum varietate secundum repetitionem Lipsiensem laudavi, Eusebii editionem principem Rob. Stephani, Galeni tamen Kühnianam in plerisque solam secutus sum; Suidae Mediolanensi aegre carui ideoque

eum non ubique commemoravi. Eos vero locos posteriorum scriptorum, qui, quum ex Platone sumpti vel imitatione expressi viderentur, Platonis nomen adscriptum non haberent, consulto ut ad crisin, quam profitemur, minus utiles et necessario dubitationis aliquid relicturos praeterii.

Reliquum est, ut de rebus quibusdam grammaticis dicam, quae ne adnotationem iusto longiorem facerent, hic commodius tractari posse videbantur. Primum de plusquamperfecto activi constat grammaticos Atticis primam singularis in η terminatam tradidisse. Cf. Piersonus ad Moer. p. 173. Eam τῆς παλαιᾶς Ἀτθίδος consuetudinem dicit Choeroboscus in Bekkeri anecd. p. 1288, 3. Sed Platonem quoque illa terminatione usum esse codices (τὰς γραφὰς) antestatas affirmat Panaetius apud Eustathium in Odyss. T. II. p. 305, 34. Lips. quem locum Astius ad Civ. I. 328. C. adhibuit, ut recte ibi a se ἐωράκη scriptum demonstraret. Ego quid de eiusmodi crisi sentiam, supra ostendi; neque vero Bekkero, quum Phaedon. p. 60. D. (10, 1.) codicum omnium consensu firmum retinuisset ᾔδειν, Civitatis l. c. satis caussae fuisse censeo, ut ideo, quod Par. A. Ven. C. ἑωράκειν in ultima correcti exhiberent, formam Atticam in contextu poneret, nisi forte a manu prima eam scriptam fuisse clare viderat; quod si vidisset, haud dubie verbo demonstrasset, ut Symp. 199. A. 219. E. (420, 19. 461, 10.) de Coisliniano fecit. Sin igitur hoc tantum videbat, syllabam κειν corrigendo exstitisse, quidni antea vitiosum κην fuisse sumebat, quemadmodum altero Symposii loco et Euthyd. 302. A. (452, 14.) in Angelico C. est ᾔδην, et Civ. I. 329. B. in Vind. D. ἐπεπόνθην, et V. 472. A. in Flor. V. ἐδεδοίκην? Aut quum eosdem libros paullo post 336. D. ἑωράκειν non correctum habere neque 328. C. ab alia manu factam emendationem esse videret, quidni

librarios, postquam ἑωράκη scripsissent, ipsos perperam scriptum correxisse statuebat? Non magis ἐπεπόνθη 329. B. aut ἐδεδοίκη 472. A. aut ᾔδη Epist. I. 309. A. (395, 4.) propterea quod Par. A. Ven. C. duobus prioribus, tertio loco Par. A. Vat. C. communem formam item in ultima correctam habent, poni debuisse existimo, nedum ξυνῄδη et ᾔδη Apol. 22. D. (100, 11. 12.) aut ἑωράκη Civ. 336. D. sine ulla auctoritate recepta probem. Quid quod Phaedon. 63. E. (16, 10.) ᾔδειν, quod in codicibus nostris omnibus est, tutius retineri, quam cum Photio in ᾔδη mutari putaverim. Nostri enim codices nobis potiores esse debent. Minus dubitationis eis locis relictum videtur, quibus codices optimi ει pro ειν habent, ut Crat. 384. B. ubi Clarkianus ἀκηκόει, Symp. 198. C. ubi idem cum Vind. A. ἐπεπόνθει, Euthyd. 292. E. ubi cum multis ἐνεπεπτώκει exhibet, et Bekkerus ἀκηκόη (4, 13.) ἐπεπόνθη (419, 16.) ἐνεπεπτώκη (435, 6.) edidit. Certe Symp. 217. C. (457, 2.) in Lob. Flor. B. et sex aliis exstans ἐγκεχειρήκει ex ἐγκεχειρήκη, et Prot. 335. D. (199, 1.) ἀνεστήκει a manu prima in Coisl. Par. B. ac sine mutatione in Lob. Vind. LIIII. perscriptum ex ἀνεστήκη depravatum esse optimorum Clark. et Vat. AB. haec ipsa exhibentium auctoritas persuadet. Neque Epist. VII. 345. D. (468, 7.) ἑωράκη reiicio, quum Vat. C. ἑωράκει et ἑωράκειν correctus exhibeat Par. A. Etiam ἀπολώλη et ὠφελήκη Apol. 31. D. (120, 1. 2.) et ἀποπεφεύγη ib. 36. A. (128, 12.) ex Clarkiano quamvis solo et ειν superscriptum habente, quum idem ειν in Ven. C. ab emendatione profectum sit, paene eodem iure recipi licuisse concedo, quo ἀφεστήκη Theaet. 208. E. (318, 17.) ex Ven. BD. Par. B. quum in Clark. ibi lacuna sit, in Lob. Ven. C. Par. F. Flor. I. ἀφεστήκει, in reliquis vel ἀφεστήκοι vel, quae vulgata

erat, *ἀφεστήκῃ* exstet, et sensus primam pariter ac tertiam personam admittat. Sed magis tutum videtur *ἐμεμαθήκῃ* Euthyphr. 14. C. (380, 3.) secundum Clark. et primam, ut Bekkero visum, Ven. C. manum, extra dubitationem positum *ἤδη* Euthyd. 271. C. (394, 9.) secundum Clark. Vat. B. et Photium, ib. 302. A. (452, 14.) secundum Clark. Vat. B. Par. E. Lob. Vind. LIIII. Flor. B. Symp. 199. A. 219. E. secundum Clark. Vat. A. et primam Coisl. manum, Civ. I. 337. A. secundum Par. A. Ven. C. Vind. DF. Amb. C. Flor. ACV. denique Epist. VII. 338. B. (454, 9.) secundum Par. A. Vat. CG. Flor. ACMab.

Alterum huic cognatum est, quod de imperfecto verbi *εἶναι* grammatici commemorant, primam singularis apud veteres Atticos *ἦ* fuisse; qua de re in primis conferendus est Hermannus in praef. ad Oed. Tyr. p. VII. sqq. Eandem formam omnino Platoni usitatam dicit Choeroboscus apud Bekkerum anecd. p. 1379: *ἦ ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχον, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ὄρνισιν·* (97.) *ἦ γὰρ ἐγὼ ξένος ἄνθρωπος. καὶ παρὰ Πλάτωνι ἡ χρῆσις εὕρηται.* certoque eam Platonis loco assignat scholion ad Hom. Il. V. 533. p. 165. sq. Bekk. *καὶ παρὰ Πλάτωνι, τῷ φιλοσόφῳ· οὐ γὰρ ἐγὼ ἐν δυνάμει ἦ τοῦ ῥᾳδίως.* ita enim scripsisse scholiasten, non, ut cum Villoisono edidit Bekkerus, *ἦν*, ipsum scholii argumentum docet. Qui locus haud dubie est Civ. I. 328. C: *εἰ μὲν γὰρ ἐγὼ ἔτι ἐν δυνάμει ἦν τοῦ ῥᾳδίως πορεύεσθαι πρὸς τὸ ἄστυ, οὐδὲν ἄν σε ἔδει δεῦρο ἰέναι.* ubi Bekkerus ex uno Ven. C. idem illud *ἦ* reposuit, Stallbaumius *ἦν* tenuit, „quandoquidem" ut in novissima editione dicit, „verisimilis est sententia Hermanni, qui *ἦν* pro imperfecto, *ἦ* pro aoristo habendum censuit." Hic primum non debebat *sententiam Hermanni* dicere, quam Hermannus ipse *suspicionem aliquam* dixit, rem Platonis maxime ob locos ali-

quot neutiquam certam posuit, deinde caussam demonstrare debebat, cur verisimilem diceret opinionem in grammaticorum silentio exiguam ab analogia, dubiam ab exemplis veri speciem habentem. Eo ipso loco, quo omnes codices XV. numero (Par. A. Coisl. Vat. BM. Ven. BCD. Ang. C. Vrb. BC. Lob. Flor. ABCT.) et Bas. b. ᾖ exhibent (Ald. Bas. a. Steph. ᾖς) de aoristo cogitari nequit. Is est Clitoph. 410. D. (473, 11.) *εἰ περὶ γυμναστικῆς προτετραμμένος ἦ τοῦ σώματος δεῖν μὴ ἀμελεῖν.* Haud multo minus certum imperfectum videtur Theaeteti initio: *Ἄρτι, ὦ Τερψίων, ἢ πάλαι ἐξ ἀγροῦ; Τερ. Ἐπιεικῶς πάλαι. καὶ σέ γε ἐζήτουν κατ' ἀγορὰν καὶ ἐθαύμαζον, ὅτι οὐχ οἷός τ' ἦ εὑρεῖν. Εὐ. Οὐ γὰρ ἦ κατὰ πόλιν.* Prius ᾖ pro ᾖν habet Vat. A. secundum Stallbaumium et a manu prima Clark. Coisl. Ven. A. Flor. A. eodemque ducit εἶ in Vind. A. Flor. I. Zittav. et a m. pr. in Lob. Ven. D. exaratum; posterius est in Vat. A. Par. BC. et a m. pr. in Clark. (de quo Bekkerus tacet) Coisl. Ven. A. Flor. A. Vind. A. Lob. Scilicet non aliquo tempore, sed eodem illo, quo quaesitus in urbe fuerit, in ea se fuisse negat. Huic loco similes sunt: Euthyd. 304. D. (458, 2.) *Ὦ Κρίτων, ἔφη, οὐδὲν ἀκροᾷ τῶνδε τῶν σοφῶν; Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦν δ' ἐγώ· οὐ γὰρ οἷός τ' ἦ προσστὰς κατακούειν ὑπὸ τοῦ ὄχλου.* Ita Flor. B. Par. E. Ang. C. Vrb. B. et in margine Par. BC. Barber. Flor. A. εἶ Ven. D. Par. BC. Barb. Pal. B. Flor. M. ᾖν cum reliquis correctus Coisl. Symp. 173. A. (370, 9.) *πρὸ τοῦ δὲ περιτρέχων ὅπη τύχοιμι καὶ οἰόμενός τι ποιεῖν ἀθλιώτερος ἦ ὁτουοῦν.* Ita Clark. Ang. A. et a m. pr. Coisl. Vat. A. ἢ Par. E. Ang. C. Vat. IM. Ven. E. Lob. Flor. BI. Ib. 174. E. (374, 6.) *ὡς καὶ χθὲς ζητῶν σε, ἵνα καλέσαιμι, οὐχ οἷός τ' ἦ ἰδεῖν.* Ita Ven. E. et a m. pr. Coisl. *om.* Clark. Vat. AI. Vind. A. Ang.

C. Flor. ABCI. Zittav. *ην* Lob. in litura a m. s. Ib. 221. A. (464, 6.) *ἐνταῦθα δὴ καὶ κάλλιον ἐθεασάμην Σωκράτη, ἢ ἐν Ποτιδαίᾳ· αὐτὸς γὰρ ἥττον ἐν φόβῳ ἦ διὰ τὸ ἐφ' ἵππου εἶναι.* Ita Clark. Vat. A. Flor. L. et a m. pr. Coisl. *ἢ* Ven. B. Amb. A. Aug. AC. Vat. IM. Lob. Phaedon. 61. B. (11, 1.) *ἐννοήσας, ὅτι τὸν ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύθους, ἀλλ' οὐ λόγους, καὶ αὐτὸς οὐκ ἦ μυθολογικὸς, διὰ ταῦτα δὴ οὓς προχείρους εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τοὺς Αἰσώπου, τούτους ἐποίησα, οἷς πρώτοις ἐνέτυχον.* Ita Clark. Ven. A. Par. I. et a m. pr. Flor. B. In Clark. *ν* inter versus est. Ib. 98. B. (87, 12.) *καὶ οὐκ ἂν ἀπεδόμην πολλοῦ τὰς ἐλπίδας, ἀλλὰ πάνυ σπουδῇ λαβὼν τὰς βίβλους ὡς τάχιστα οἷός τ' ἦ ἀνεγίγνωσκον, ἵν' ὡς τάχιστα εἰδείην τὸ βέλτιστον καὶ τὸ χεῖρον.* Ita Par. HI. et a m. pr. Clark. Coisl. Par. E. Flor. I. Ib. 99. A. (89, 3.) *εἰ δέ τις λέγοι, ὅτι ἄνευ τοῦ τὰ τοιαῦτα ἔχειν καὶ ὀστᾶ καὶ νεῦρα καὶ ὅσα ἄλλα ἔχω, οὐκ ἂν οἷός τ' ἦ ποιεῖν τὰ δόξαντά μοι, ἀληθῆ ἂν λέγοι.* Ita Ven. A. Par. I. et a m. pr. Coisl. Par. E. et, ut videtur, Flor. B. Denique Alcib. I. 113. B. (321, 1.) *Σω. Οὐκοῦν ἄρτι διὰ παντὸς ἐγὼ μὲν ἦ ὁ ἐρωτῶν; Ἀλ. Ναί. Σω. Σὺ δὲ ὁ ἀποκρινόμενος; Ἀλ. Πάνυ γε. Σω. Τί οὖν; τὰ λεχθέντα πότερος ἡμῶν εἴρηκεν;* Ita Vat. A. Ven. CD. Vind. A. sec. Bekk. Par. BC. Flor. ABCM. *ἢ* Vind. A. sec. Stallb. G(LIIII.)M. *ἠ* cum *ἦν* int. vers. Clark. *om.* Par. U. Mon. A. Lob. Aliis locis imperfectum si minus necessarium, at tamen aptius aoristo videtur; ut Gorg. p. 488. C. (90, 10.) *Καλ. Ἀλλὰ ταῦτα ἔλεγον καὶ τότε καὶ νῦν λέγω. Σω. Πότερον δὲ τὸν αὐτὸν βελτίω καλεῖς σὺ καὶ κρείττω; οὐδὲ γάρ τοι τότε οἷός τ' ἦ μαθεῖν σου, τί ποτε λέγεις.* Ita Vat. A. et, sup. *ν*, Par. W. et, addito a m. s. *ν*, Lob. *ἠῖ* Clark. *εἶ* Par. CI. Flor. ABCM. *ἦν* cum reliquis correcti Coisl.

Par. B. Theaet. 155. C. (203, 5.) ἢ ὅταν φῶμεν ἐμὲ τηλικόνδε ὄντα, μήτε αὐξηθέντα μήτε τοὐναντίον παθόντα, ἐν ἐνιαυτῷ σοῦ, τοῦ νέου, νῦν μὲν μείζω εἶναι, ὕστερον δὲ ἐλάττω, μηδὲν τοῦ ἐμοῦ ὄγκου ἀφαιρεθέντος, ἀλλὰ σοῦ αὐξηθέντος. εἰμὶ γὰρ δὴ ὕστερον ὃ πρότερον οὐκ ἦ, οὐ γενόμενος. Ita Vat. A. Ven. C. et a m. pr. Clark. Coisl. Vind. A. Par. B. Theag. 130. C. (279, 6.) Ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτός γε, ἔφη, καταγελάστως ἔχω, ὦ Σώκρατες. Τί μάλιστα; ἔφην ἐγώ. Ὅτι, ἔφη, πρὶν μὲν ἐκπλεῖν ὁτῳοῦν ἀνθρώπων οἷός τ' ἦ διαλέγεσθαι καὶ μηδενὸς χείρων φαίνεσθαι ἐν τοῖς λόγοις, ὥστε καὶ ἐδίωκον τὰς συνουσίας τῶν χαριεστάτων ἀνθρώπων. Ita Par. E. Ang. A. et a m. pr. Coisl. Par. B. Civ. III. 394. B. Ὀρθότατα, ἔφην, ὑπέλαβες· καὶ οἶμαί σοι ἤδη δηλοῦν ὃ ἔμπροσθεν οὐχ οἷός τ' ἦ, ὅτι etc. Ita Ven. C. et a m. pr. Vind. D. εἶ Par. DK. sec. Bekk. Vat. H. εἴης Vind. E. Protag. 310. E. (152, 15.) ἔτι γὰρ παῖς ἦ, ὅτε τὸ πρῶτον ἐπεδήμησεν. Ita cum codicibus plerisque Ald. Bas. a. Steph. ἦν Bas. b. cum Flor. B. Par. E. Vat. M. et a m. s. Coisl. Ven. D. „in Cl. nescio an primo scr. ἦν. Rasurae certe sunt vestigia — emendatio videtur facta a p. m.“ Gaisfordius. Quae quum ita sint, reliqui loci, in quibus Bekkerus ἦ reposuit, non quod aoristum excludunt, sed quod codices auctoritatem non sufficientem praebebant, mihi mutandi fuisse non videntur. Quorum unus est is, quem initio significavi, Civ. I. 328. C. in quo, si certo constaret scholii ad Iliadem auctorem esse Porphyrium, cuius ex scholiis MS. Brunckius in lex. Soph. v. ἦ eadem attulit, quae apud Villoisonum proxime ante locum Platonis leguntur, qua re adductus Hermannus etiam Platonis locum a Porphyrio citatum dixisse videtur, nostrorum codicum quamvis unum Ven. C. cum Bekkero sequi minus dubitassem:

nunc nescio, an recens istud additamentum eiusque accessio non tanti facienda sit. Alter est Theaet. 197. A. (292, 9.) *εἰ μέντοι ἦν ἀντιλογικός.* ubi unus Vat. A. *ἦ* habet. Tertius Hipp. min. 373. B. (219, 15.) *σοφὸς γὰρ ἂν ἦν καὶ δεινὸς κατὰ τὸν σὸν λόγον.* Ibi in uno Ven. D. a m. pr. erat *ἦ*. Epist. VII. 329. C. (437, 10.) *ἤμυνον μὲν οὖν καθόσον ἠδυνάμην, σμικρὰ δ' οἷός τ' ἦν.* Ita omnes; tantum Vat. C. *ἦι* superscripto *ν*. Eryx. 396. D. (551, 3.) *εἰ μὲν αὐτὸς οἷός τ' ἦν, φράσας ἂν ὑμῖν — ἔπαυσα τῆς διαφορᾶς. ἦι* Vat. C. et a m. pr. Par. A. Cratyl. 396. D. (31, 5.) *ἔωθεν γὰρ πολλὰ αὐτῷ συνῆν καὶ παρεῖχον τὰ ὦτα.* Ita etiam Bekkerus; sed in comm. *συνῆ* restituendum dicit, quod superscripto *ν* in Clarkiano legitur. Ego *συνῆν* adhuc tenendum censeo, quemadmodum Bekkerus uno, quod sciam, loco *ἦν* tenuit, Theag. 127. D. (273, 21.) *ὡς ἐγὼ ἂν μᾶλλον τὸν σὸν υἱὸν οἷός τε ἦν ὠφελῆσαι.* ubi nulla librorum est discrepantia.

Tertio loco dicendum est de pronomine *ὅτι*, quod quum ratio, ut ad I. 342. A. ostendi, eodem modo, quo *ὅστις* et *ἥτις* scribi iubeat, tamen et librarii et editores antiquiores, ut a coniunctione distinguerent, cum hypodiastole *ὅ,τι* scripserunt, recentiores vero, ut Bekkerus et Stallbaumius, pariter atque masculinum et femininum in duo vocabula diviserunt. Diastolen non inutiliter grammatici adhibuerunt, quia plurimum nonnunquam refert, utrum coniunctio sit, an pronomen, idque ipsum in dictionibus quibusdam, velut in *ὅτι μάλιστα*, ambiguum esse potest, cui ambiguitati tollendae ista sufficit. Sed ambiguitatis periculum tamen non solum editori, sed etiam lectori necessario subeundum neque vero ab hoc ita defendendum est, ut oculis obiiciatur aliquid, quod neque ore pronuntiari neque auribus percipi potuerit et

ab ipsis scriptoribus positum non fuisse videatur. Nam Graecos, quum loquebantur, non maius inter pronominis, quam inter coniunctionis syllabam priorem et posteriorem intervallum reliquisse epicum ὅττι docet, quo utramque orationis partem repraesentari constat. Nec mirum, quum re vera coniunctio pronomen esset, non aliter, quam Latinorum *quod* ab antiquioribus item perspicuitatis gratia *quòd* cum accentu scribi solitum et Germanorum *dass*, quod hodieque scribendo a pronomine distinguimus, loquendo pronomen esse declaramus. Iuncturam autem vocabulorum ὅς et τὶς per omnia pronominis genera artiorem fuisse, quam quae aliis vocabulis cum encliticis intercedit, ex eo colligitur, quod Attici ὅτου et ὅτῳ et ἅττα dicebant, quae dividi pariter atque ὅττι recusant. His de caussis I. 328. E. et alibi pronomen ὅτι a coniunctione non distinxi.

Venio ad secundam personam medii et passivi in ει vel η exeuntem, de qua re conferas Th. C. G. Schneideri Vimariensis libellum *de dialecto Sophoclis* p. 2. sqq. et quos ibi citavit, quibus addendus est Reisigius in praefatione ad Oed. Col. p. XXII. sqq. Qui quod p. XXIIII. scripsit: „Quo plura autem antiqua exemplaria sunt evoluta, eo magis perspectum est in aliis scriptoribus Atticis, in quibus η forma vulgaris inveteraverat, quantopere antiquior illa oblitterata sit: velut in Platonis scriptis Bekkeri nostratis opera ad MSS. auctoritatem revocatis.“ eadem scilicet spe inductus scripsit, quam nos quoque commentariis Bekkeri nondum editis conceperamus, praesertim quum Bastius ad Gregor. p. 119. „ει pro η in vetustissimis codicibus Platonis fere ubique“ reperiri testatus idque Buttmannus gramm. I. p. 355. ut schedarum Bekkerianarum αὐτόπτης confirmare visus esset. Nunc rem aliter habere videmus. Nullus inter omnes a Bek-

kero collatos codices ostenditur ubique terminationem Atticam exhibere; sed *Vaticanum A.* Bekkerus ad Theaet. 154. C. (201, 5.) et ad Alcib. I. 104. D. (301, 7.) ita solere, ad Crat. 392. A. (21, 12.) et ad Polit. 261. E. (255, 21.) nusquam aliter habere, denique ad Phileb. 12. A. (133, 6.) plerumque in η correctum esse testatur; de altero eius volumine (*Vat. B.*) ad Theag. 122. B. (261, 8.) idem, quod de priori ad Theaeteti l. c. praedicat; *Venetum C.* ad Euthyphr. 12. E. (376, 9.) plerumque, ad Polit. l. c. saepe a m. pr. ει habere, ad Theaet. Alc. I. et Philebi locos citatos eandem, quam Vat. A. rationem sequi ostendit; denique *Coislinianum* ad Polit. l. c. cum Ven. C. coniungit. Haec autem de Vat. AB. Ven. C. et Coisl. testimonia minime ad omnes, quos continent, dialogos, sed ad eos tantummodo, in quibus deposita sunt, pertinere partim ex repetita de Vat. A. et Ven. C. testificatione, partim ex Variis Lectionibus Stallbaumii colligitur, quae a Bastio satis diligenter, ut apparet, collatum Vat. A. in Euthyphrone, Apologia, Critone et Amatoribus ne uno quidem loco, contra in Theaeteto nullo non ει exhibentem sistunt. Atqui hanc ipsam in contrariis constantiam quis non suspectam habeat? quis a fideli archetypi repraesentatione potius, quam ab haeresi librariorum repetat? Non aliter de Ven. C. statuendum videtur, cui in aliis dialogis, ut in Euthyphrone, Apologia, Critone, Theaeteto ubique ει a m. pr. et a m. s. η, in aliis, velut in Civitate, nunc hoc, nunc illud exhibenti maiorem in his, quam in illis, fidem haberi necesse est. Pariter suspecti sunt *Par. W.* Gorgiae, in quo semper est ει, plerumque superscripto η, nec non ipse *Clarkianus*, cuius per omnes dialogos fere constans est Atticae formae observatio, superscripta in sex prioribus tantum non ubique communi, quam in posterioribus

omittere solet. Exstant quidem in eo pauca quaedam alterius terminationis exempla, ut Gorg. 479. C. *αἰσθάνηι*, Phaedon. 92. B. etiam *αἰσθάνῃ* cum subscripto *ι*, Gorg. 470. A. *μέμφηι*, ib. 494. C. *ἀπαισχυνῆι*, sed secundo et tertio inscriptum est *ει*, quartum vero, quum *ὅπως μὴ* praecedat, librarius pro coniunctivo habuisse videtur, quemadmodum eiusdem Gorg. p. 510. A. pro *διαπεράνῃς* post *ἵνα* scripsit *διαπερανῆι*, quod eius fidem valde imminuit. Nihil his simile de optimo Par. A. proditum est, quem ubicunque Bekkerus *ει* pro vulgato *η* praebentem demonstravit, id quod in hac Civitatis parte ter fecit (I. 337. C. *ἀποκρινεῖ*, 338. B. *ψεύδει* et *εἴσει*) eo minus dubitavi sequi, quo meliorem ei assertorem adesse videbam Flor. B. quem etiam solum secutus sum 349. A. (*διανοεῖ*) 351. C. (*ἀποκρίνει*) et comite Vind. D. 349. A. (*μαντεύει*) et deficiente Flor. B. III. 399. A. *χρήσει* ex Lob. Vind. D. Par. DK. Vat. M. Flor. AV. recepi; sed *ἀκριβολογῇ* I. 340. E. *ἡγῇ* 343. B. III. 386. A. 413. A. *εἴσῃ* III. 392. D. *αἱρῇ* 397. D. *παραδέξῃ* 399. D. *ἀπολογήσῃ* IIII. 419. A. *χρήσῃ* 423. A. 432. C. *ἐπαινέσῃ* 426. B. *ἀποδέξῃ* 430. C. *ἐπιτεύξῃ* 431. C. *ἐνθυμῇ* 440. D. secundum unum paucosve deteriorum librorum mutare ausus non sum. Scio Bekkeri silentio in hac re non multum tribuendum videri, quia, quum ubique *ει* in contextu posuerit, in commentariis tamen non amplius circiter CCXX. locis codicum vel codicis (saepe enim unus tantum est, quem designat) mentionem iniecit, saepe secundum etiam Clarkiani suffragium ut supervacaneum commemorare supersedit atque ad Phaedri p. 61, 19. „*ἡγεῖ* (vel *ἡγῇ*) *τινὰ*“ pro *τ. ἡ.* et ad Criton. 166, 16. „*βιώσει* (vel *βιώσῃ*) *πάντας ἀνθρώπους*“ pro *π. ἀ. βιώσῃ* in potioribus legi adnotavit; ex quo suspicari licet etiam in Par. A. aliquanto pluribus locis, quam quos ille

demonstraverit, Atticam formam exstare. Sed tamen in posterioribus Civitatis libris nonnunquam eius testimonio ad eam firmandam est usus, ut VI. 489. C. (284, 8.) ad ἁμαρτήσει et VII. 535. B. (364, 10.) ad διαστέλλει, aliisque locis eandem ex coniectura, ut credibile est, repositam in codicibus postea collatis a se repertam esse docuit, ut I. 340. E. (30, 8.) ἀκριβολογεῖ in Ang. B. Amb. C. ἀπολογήσει IIII. 419. A. (165, 2.) in Ang. B. ἐπαινέσει 426. B. (177, 17.) in Vat. H. ἀποδέξει 430. C. (185, 10.) in Ang. B. quibus profecto Parisiensis A. auctoritatem, si adesse scivisset, infideli silentio detracturus non fuisset. Librarios quidem constat ad formam communem inclinasse, atque II. 376. A. etiam κατόψη in Vind. D. IIII. 432. A. βούλη in Vind. B. scriptum videmus; nihilo tamen minus fuere, qui Atticam invito scriptori obtruderent. E. g. Polit. 259. E. (251, 5.) genuina scriptura est γνούσῃ δὲ λογιστικῇ τὴν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς διαφορὰν μῶν τι πλέον ἔργον δώσομεν, ἢ τὰ γνωσθέντα κρῖναι; in qua quum γνούσῃ a quibusdam in γνώσῃ depravatum esset, quae lectio in margine Flor. AC. prostat, ab aliis in γνώσει mutatum est, quod uterque Flor. Par. C. et a m. s. B. et Bas. b. in contextu habent. Civ. III. 403. B. νομοθετήσεις detracto ς in Par. K. Ang. B. Flor. R. scriptum librarius Par. D. secundam medii ratus νομοθετήσει cum η super ει posuit. βούλῃ IIII. 430. C. quum coniunctivus sit, in βούλει mutatum est in Par. K. Lob. Flor. L. item Criton. 45. C. (148, 2.) in Par. CDEH. Flor. I. Vind. K. οἴῃ in οἴει ib. 49. A. (155, 19.) in Par. CDH. Lob. Flor. C. πείθῃ in πείθει Civ. III. 403. B. in Vind. E. Secundum haec mihi quemadmodum in aliis, velut in ξυν et συν, in hiatu et elisione, item in hac re Plato vulgarem Atticorum sermonem cum delectu, cuius tamen rationem perspicere nobis non semper liceat, imi-

tatus minimeque alterutri formae ex praeconcepta opinione quasi adstringendus videtur.

Sequitur, ut de formis ἔσω et εἴσω dicam, quarum prior a grammaticis, Apollonio de adverb. in Bekkeri anecd. 577, 24. et scholiasta Dionysii ib. 942, 33. ἀναλογώτερος perhibetur, usu vero in poësi potissimum seria recepta deprehenditur. Cf. Elmsleius ad Medeam p. 84. sq. ed. Lips. Eam a Bekkero Civ. II. 359. E. ex uno Par. D. in alterius locum substitutam eo minus probare possum, quod etiam Thucydides, qui fere semper ἐς pro εἰς usurpavit, qua de re conferendus est Poppo I. p. 212. 487. sqq. tamen I. 134. ἀπολαβόντες εἴσω dixit, Plato autem forma ἔσω non minus, quam Aristophanes, de quo Reisigius monuit Coniect. p. 317. abstinuisse omnino videtur. Certe Tim. 78. E. (115, 9.) ubi vulgo legitur ὁπόταν γὰρ ἔσω καὶ ἔξω τῆς ἀναπνοῆς ἰούσης, optimi libri et quos alibi sequitur Bekkerus, Par. AF. Vat. B. cum quinque aliis nec non Lob. Flor. BLU. εἴσω exhibent, quod quum in illa parte dialogi aliquoties de eadem re omnium consensu codicum vulgatum sit, restituendum censeo. Etiam ἐς, ut hoc statim addam, quod Helladio et Thoma auctoribus (cf. Koen. ad Gregor. p. 77.) Atticis in quibusdam dictionibus solenne fuit, in Platonis scriptis admodum rarum est, maxime in compositis. Eo pertinet ἐσαῦθις Gorgiae initio, perperam a Basileensibus et ab Heindorfio et Stallbaumio ob proxime sequens εἰσαῦθις in hoc ipsum mutatum, quum hoc potius, si opus sit, mutari in illud possit, quod fecit secundum Ven. BD. Vind. AK. Par. I. et Bodl. B. Bekkerus, et Epist. III. 317. A. (412, 2.) ubi Bekkerus nescio qua ratione ex Ven. B. Par. o. εἰσαῦθις recepit, quod in omnibus quinque Florentinis exstare dicitur; ἐσιόντος Tim. 58. E. (76, 20.) pro quo tamen Par. A. cum Flor. R. εἰ-

σιόντος exhibet; ἐσίοιμεν Prot. 314. C. (159, 13.) a Bekkero paucis tantum (Par. E. Vat. M. Lob.) repugnantibus restitutum; ἐσρεῖν Crat. 420. B. (78, 18.) sine varietate scriptum et in derivando nomine ἔρως necessarium, sicut ἐσρεῖ ib. A. (78, 15.) merito ex optimis libris a Bekkero revocatum, quum contra Phaedon. 112. A. C. D. (115, 13. 116, 3. 13.) ubi nulla notatio urget, recte in εἰσρεῖν omnes consentiant. Sed Prot. 315. C. (161, 14.) καὶ μὲν δὴ καὶ Τάνταλόν γε ἐσεῖδον unius Par. E. auctoritate vulgatum Bekkerus, ut par erat, in εἰσεῖδον mutavit et ἐσιέναι Symp. 175. C. (375, 10.) ab Ang. A. oblatum sprevit, minus probabiliter idem ἐσαύριον Criton. 43. D. (144, 19.) ex Ven. C. et Ang. A. eoque a m. s. correcto pro εἰσαύριον exhibens. Verum etiam simplex ἐς, licet aliquanto crebrius sit, in comparatione alterius paucis locis invenitur, quorum numerum parum nec ubique sufficiente codicum auctoritate amplificavit Bekkerus, Theaet. 163. B. (220, 9.) ex Par. EF. βλέποντες ἐς αὐτὰ recipiens, Gorg. 523. B. (164, 2.) ex Par. V. τελευτήσῃ ἐς μακάρων νήσους (εἰς μ. ν. Civ. VII. 540. B. omnes tenent), Alc. I. 109. D. (312, 17.) ex Par. U. φοιτῶν ἐς διδασκάλου, Symp. extr. ex Par. K. Vat. L. ἐλθόντα ἐς Λύκειον, Prot. 343. B. (213, 1.) ex Par. C. Barb. Ἀπόλλωνι ἐς τὸν νεών, Epist. VII. 347. B. (471, 11.) ex Par. b. δόξαντα ἐς τὴν ὑστεραίαν, denique Civ. III. 416. E. φοιτῶντας δὲ ἐς ξυσσίτια ex Vat. BM. quibus etsi Lob. Vind. D. Flor. L. accedunt, quum Vat. BM. Lob. Flor. L. eiusdem generis sint, et Vind. D. a compari Ven. C. cognatisque Par. DK. deseratur, vulgatam εἰς cum reliquarum familiarum codicibus in eisque praestantissimo Par. A. tenendam putavi. Nec desunt loci, quibus pro vulgato ἐς alterum restitui debuisse videatur, ut Tim. 82. B. (121, 16.) ὄντα εἰς ὕστερον secundum Par. ASY.

Vat. BM. Lob. Flor. BLU. et ib. 85. D. (128, 12.) σαρκῶν εἰς τοῦτο τετηκυῖα secundum Par. AFSY. Ven. BD. Vind. A. Lob. Flor. AMR. De aliis dubitari potest, utrum praeferendum fuerit, ut Prot. 321. A. (171, 18.) ubi καὶ εἰς εὐνὰς ἰοῦσιν cum editis ante Bekkerum exhibent Clark. a Bekkero omissus, Vat. B. Par. E. Barb. Pal. B. Flor. BM. ἐς cum reliquis scripsit Bekkerus, Phaedr. 267. A. (81, 12.) Εὐηνὸν ἐς μέσον cum Vat. A. Ven. C. Par. DGNP. Goth. Vind. DN. contra Clark. Coisl. Ven. ABD. Par. BCEFHOT. Amb. A. Pal. A. Lob. septem Florentinos, tres Vindob. et vulgatam, ib. 271. D. (90, 20.) αἰτίαν ἐς τὰ τοιάδε cum iisdem suis et duobus insuper Par. OT. Goth. Florentinisque duobus contra reliquos suos et Florentinos, omnes Vindob. Lob. et vulgatam, Parm. 162. B. (75, 18.) μετεῖναι ἐς τὸ μὴ εἶναι cum Vat. A. Ven. C. contra Clark. Coisl. et reliquos omnes, qui numero sunt XXII. ex quibus Lob. Flor. T. ὡς pro εἰς habent, Pol. 281. C. (298, 13.) ἐσθῆτα ἐς τὴν καλλίστην cum Ven. BD. Vind. A. contra XVI. reliquos, quorum in duobus Lob. Flor. I. εἰσὶ perperam a Stallbaumio praelatum exstat, Symp. 208. C. (439, 8.) καὶ κλέος ἐς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀθάνατον καταθέσθαι, qui integer versus heroicus est, cum Vat. AL. Vind. A. Par. DK. Zittav. inter XXV. denique Tim. 41. E. (44, 11.) ὡς ἐς ὄχημα et Ep. VII. 326. C. (432, 7. non, ut Bekkerus significavit, 8.) πάντα ἐς ὑπερβολάς secundum unum Par. A. utrumque. Recte vero praelatum ἐς videtur Gorg. 526. C. (170, 3.) in verbis καὶ ἐς μακάρων νήσους ἀπέπεμψε, ubi vulgata εἰς in duobus Par. EF. et sex e septendecim Stallbaumianis est, Crat. 403. B. (44, 17.) πάντα ἐς ταὐτόν τι συντείνειν, quod ex XXV. soli Clark. Ven. B. non habent, Prot. 345. C. (217, 9.) in verbis Simonidae κενεὰν ἐς ἄπρακτον pro εἰς, quod in Ven. D.

Par. E. Barb. Vat. M. Lob. Vind. LIIII. Flor. B. legitur, Theag. 121. C. (260, 3.) τεκμαίρομαι καὶ ἐς τἆλλα secundum Clark. a Bekkero omissum, Coisl. Vat. BM. Ven. BD. Par. BC. Ang. A. Barb. Pal. B. Lob. Vind. LIIII. et quatuor Florentinos, uno contra Flor. I. et duobus Par. EF. εἰς praebentibus, denique Epist. VIII. 353. A. (483, 3.) ὑμῶν ἐς ἀπορίαν ἐλθόντες cum octo libris contra Par. e. et duos Florentinos; recte idem retentum Phaedr. 278. B. (104, 8.) in καταβάντε (vulgo erat καταβάντες) ἐς τὸ Νυμφῶν νᾶμα, quamvis Clark. Vat. A. Ven. CD. Par. DOP. Lob. Goth. alterum offerentibus; recte denique spretum Hipp. min. 364. C. (201, 16.) τῶν ἐς Τροίαν ἀφικομένων in uno Ang. B., Crat. 414. D. (67, 16.) τις ἐς τὰ ὀνόματα in Par. m., Alcib. I. 121. A. (339, 9.) Εὐρυσάκους ἐς Δία post εἰς Περσέα et εἰς Εὐρυσάκη in Ven. D., Menex. 234. B. (377, 16.) ἀνεβάλοντο ἐς τὴν αὔριον in Vind. B., Prot. 353. D. (232, 10.) τούτων ἐς τὸ ὕστερον in Pal. B., ib. 338. A. (203, 3.) φεύγειν ἐς τὸ πέλαγος τῶν λόγων et Leg. III. 683. C. (292, 1.) ἐκ θερινῶν ἐς τὰ χειμερινὰ et Tim. 36. B. (33, 16.) κατέκαμψεν ἐς κύκλον in Vat. M. repertum. Quamquam enim librarii in εἰς proniores erant, ut cernere licet Symp. 177. B. (379, 4.) ubi pro ἄλες in Par. DK. Vat. L. ἀλλ' εἰς legitur, tamen non deerant, quibus rarior et antiquior forma placeret. Itaque Axioch. 371. E. (516, 2.) pro Ἐρινύων ἐπ' ἔρεβος Vind. quidem B. Ἐ. εἰς ἔ. sed Par. Z. Ἐ. ἐς ἔρεβος scripsit. Postremo commemoranda est felicissima Bekkeri coniectura, qua Theag. 125. A. (268, 6.) corruptam omnium librorum lectionem ἔστιν οἳ ἂν αὐτὸν πέμποιμεν sanavit ἐς τίνος pro ἔστιν οἳ reponens.

De crasi, quam L. II. p. 373. A. in verbis τὰ ἀναγκαῖα secundum quinque codices a Bekkero, quatuor a

ὡς] Hesiodus Op. 287: Τὴν μέν τοι κακότητα etc. quae verba Plato ita mutavit, ut neque rhythmus neque iunctura solveretur; sed ὡς pro Hesiodeo haberi certe noluit. Vulgo versum incipit. Cf. ad D: καὶ τοὺς μέν.

ἰλαδὸν ἔστιν] ἰλαδόν ἐστιν Lob. Vind. BEF. Ald. Bas. ab. ἰλαδόν ἐστιν Vind. D. ἰλαδὸν ἐστὶν Steph.

ἑλέσθαι] *om.* Amb. C.

D Ῥηϊδίως] ῥηϊδίως Vind. F. Ang. B.

λείη] *om.* Vind. F. Ang. B. ὀλίγη codices Hesiodi; quod qui secundum nostrum et Xenophontem Mem. II. 1, 20. in λείη mutandum existimant, ut vitetur tautologia, quum sequatur μάλα δ' ἐγγύθι ναίει, haud dubie recte sentiunt, si poëta ναίει proprie dixit et de malitia praedicavit, quemadmodum v. 343: τὸν δὲ μάλιστα κακεῖν, ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει et 700: τὴν δὲ μάλιστα γαμεῖν, ἥτις σέθεν ἐγγύθι ναίει. Sin liceret ναίει ad ipsam viam referre, ὀλίγη defendi posset. Ceterum quod Herbstius ad locum Xenophontis adscripsit ὀλίγη etiam in Platonis libris exstare, nescio, quos libros intellexerit. Nam Leg. L. IIII. p. 718. E. in verbis τὸν δὲ Ἡσίοδον οἱ πολλοὶ σοφὸν ἀποφαίνουσι λέγοντα, ὡς ἡ μὲν ἐπὶ τὴν κακότητα ὁδὸς λεία codices non magis variant, quam hic. Phaedri autem loco p. 272. C: ἵνα μὴ μάτην πολλὴν ἀπίῃ καὶ τραχεῖαν, ἐξὸν ὀλίγην τε καὶ λείαν de alia re agitur ita, ut dictio Hesiodea leviter adumbrata, non verbum ὀλίγην ab eo petitum videri possit.

μάλα δ'] μ. γ' Flor. R.

ἱδρῶτα] ἱδρῶτας Lob. Vind. B. Vat. M.

ἔθηκαν] *om.* Ven. C. Vind. D.

τινα] τιν' Bas. ab.

ἀνάντη] τραχεῖαν καὶ ἀνάντη Vind. F. Amb. C. Ang. B. Flor. RT.

παραγωγῆς] Huic in Vind. F. superscriptum est μεταστροφῆς.

λιστοὶ δέ τε] λιστοὶ δὲ στρεπτοὶ δέ τε Par. A. Lob. Vat. B. Flor. ACV. et a m. pr. Ven. C. λιστοὶ δέ τε στρεπτοὶ δέ τε Vind. E. Vat. H. λιστοὶ δὲ στρεπτοί τε Vind. B. Vat. M. ληιστοὶ δέ τε στρεπτοί τε Amb. C. Flor. T. στρεπτοὶ δέ γε Flor. B. et editi ante Bekkerum. στρεπτοὶ δέ τε cum reliquis codicibus Bekkerus et Stallbaumius, ut vulgo legitur apud Homerum (Il. VIII. 497.) consentientibus libris scholiisque. Quum in optimorum codicum Par. A. Ven. C. Vat. B. lectione alterutrum delendum esset, id potius

Ε αὐτοὶ, καὶ τοὺς μὲν θυσίαισι καὶ εὐχωλαῖς ἀγαναῖσιν Λοιβῇ τε κνίσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι Λισσόμενοι, ὅτε κέν

delevi, quod explicando alteri ex Homerico loco adscribi facillime potuit, quam λιστοὶ, quod vocabulum probum utique et secundum analogiam factum, sed rarissimum et fortassis ἅπαξ λεγόμενον, sine dubio vero tale est, ut ab ullo librariorum fingi et pro altero supponi potuisse non videatur. Eius significationem scholiastes, qui idem si minus solum legit, at certe legit, recte explicat: ἀντὶ τοῦ λιταζόμενοι, λιταῖς εἴκοντες.

αὐτοὶ] αὐτοί εἰσι Vind. EF. Amb. C. Ang. B.

καὶ τοὺς μὲν] In Homerico carmine (v. 499. nam proximum 498. τῶνπερ καὶ μείζων ἀρετὴ τιμή τε βίη τε Plato omisit) est καὶ μὲν τοὺς θνέεσσι καὶ εὐχωλῆς ἀγανῆσιν: *et nimirum hos etsi tanto maiores* etc. quod quamvis leniter, tamen sic mutatum est, ut καὶ τοὺς μὲν ipsius Adimanti verba videri possint. Quam ob rem initium versus non significavi.

εὐχωλαῖς] εὐχωλῆς Vind. F. Ang. B. Flor. R.

ἀγαναῖσιν] Ita Par. AK. sec. Bekk. Ven C. Bekkerus et Stallbaumius. ἀγαναῖσι Vind. D. Par. K. sec. Bip. ἀγανέσιν Vind. B. Vat. BM. ἀγανέσι Lob. Flor. AC. ἀγανῇσι reliqui et int. vers. Flor. AC. et editi ante Bekkerum.

Ε κνίσῃ τε] Ita Par. A. Vat. B. Vind. D. Flor. V. *om.* Mon. B. κνίσσῃ τε reliqui codices et editiones, quam scripturam in Homero secuti sunt Wolfius et Heynius, hic ad Il. I. 66. antiquiores κνίσα scripsisse ultro concedens, sed illos geminasse consonam pronuntiando: nos igitur scribendo geminare debere. Quorum prius de pronuntiatione sine auctoritate statuit; certe critici de origine nominis et de quantitate penultimae disputantes σσ prorsus ignorant. Cf. scholia ad Il. I. 317. et Herodianum apud Eustathium ad Odyss. XIIII. 428. p. 81, 7. Lips. Platonis autem iudicium ab illis non diversum fuisse quum per se probabilius est, tum codicum illorum quatuor consensus persuadet. In lexico rhetorico Vrbinate κνίσα Hermionensium glossa dicitur: Bekkeri anecd. p. 1095, 7 a f.

παρατρωπῶσ'] παρατροπῶσ' Lob. Vind. B. Vat. M. παρατροπῶσιν Vind. DE. Par. K. sec. Bekk. Amb. C. Ang. B. Vat. H. Flor. ACRUV. πατροπῶσιν Vind. F. παρατρωπῶσιν οἱ Ven. B. παραρέπουσιν Flor. T.

ὑπερβήῃ καὶ] ὑπερβαίη καὶ Amb. C. Flor. T. ὑπερβίη καὶ Vat. H. Flor. A. ὑπερβίηθεν Vind. E.

ἁμάρτῃ] ἁμάρτοι Lob. Vat. B. — Hunc locum Ficinus liberius, quam solet, interpretatus est: *Ad haec omnia poetarum afferunt testimonia, partim quod facile labamur in vitium:*

Mortales vitium penitus labuntur in omne
Praecipites, quoniam facilis via ducit ad ipsum,
Hoc quia vel nobis iam tum nascentibus haeret.
Virtutem ante ipsam Di proposuere laborem,
Difficilesque vias cunctis adeuntibus illam:

partim quod Deus precibus nostris muneribusque flectatur, Homerum adducunt testem, qui inquit, Exorabiles convertibilesque et Dei sunt, et hos quidem sacrificiis, votis, libationibus et homines, cum peccaverint, precantes vertunt.

Sunt faciles superi, precibus flectuntur, et idem
Sacrorum nidore pio placantur ab (Ven. 1517: *et*) *ipsis*
Nimirum votis hominum, quae, si quis in illos
Errarit, veniam rogitans concepit in aris.

τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ· βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων,

Versus ipse fecisse videtur.

βίβλων δὲ] *β. τε* Vind. F. Amb. C. Ang. B. Flor. ACRT. *βίβλωνται* Vind. E.

ὅμαδον] *ὁρμαθὸν* quidam Vaticani Mureti. *ὁμαδὸν* Lob. Vind. BDE. Par. D. Vat. M. Bas. ab. In Par. K. sec. Bip. *θ* super *δ* scriptum est. Scholiastes: *ὅμαδον· συναγωγὴν ἢ θόρυβον, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ αὐδᾶν.*

καὶ] *τε καὶ* Vind. F. Ang. B. Flor. R.

Ὀρφέως] *ὀρφέου* Ven. C. *ὀρφαίου* Vind. D.— Ficinus: *libros autem circumferunt Musaei et Orphei.*

ἐγγόνων] Astius in sec. ed. *ἐκγόνων* scripsit Thomae Mag. motus auctoritate, qui p. 849. *ἔκγονος*, inquit, *ὁ υἱός· ἔγγονος δὲ, ὁ υἱοῦ ἢ θυγατρὸς υἱός.* Idem tradit Hesychius: *ἔγγονα· τὰ τέκνα τῶν τέκνων.* et *ἔγγονος· υἱὸς υἱοῦ.* Quod discrimen viri docti quum sequiore demum aetate observari et in codicibus saepe *ἔγγονος* perperam pro *ἔκγονος* scriptum, Homerum autem et antiquissimos scriptores illo nondum usos viderent, coeperunt dubitare, an minus probum nomen esset. Sic Valckenarius ad Phoen. 1113. Brunckius ad Eq. 786. et ad Oed. T. 1474. Euripidi, Aristophani, Sophocli ereptum ierunt *ἔγγονον*, Osannus autem in orationis Lycurgeae editione p. 14. „prorsus eripiendum bonae graecitati" iudicavit. Alii, ut Morus ab Astio laudatus ad Isocr. Paneg. c. 16. et a Moro laudati Albertius et Ernestius, bonum quidem, sed significatione non diversum ab altero statuerunt; et antea fuisse, qui *ἔγγονον*, quasi *ἐγγὺς γόνον*, filium, *ἔκγονον* nepotem dicerent, Eustathius tradidit ad Odyss. III. 123. p. 117, 6. Lips. Oudendorpius denique ad Thomam *ἔγγονον* proprie futuram et nondum in lucem editam prolem significasse suspicatur. Fortasse id, quod codices omnes raro consensu a Platone scriptum hic ostendunt, ab altero ita usu diversum fuit, ut latius pateret et quemlibet sive recta sive a latere descendentem, ut dicunt, significaret, *ἔκγονος* autem recta descendens diceretur, filius, nepos et qui sequuntur. Haec enim est vis praepositionis *ἐξ*, quum *ἐν* accessionem indicare videatur, qua quis in genus alicuius refertur ortuque ei coniungitur. Itaque *ἔγγονος* ab *ἐγγενὴς* cognatum s. propinquum, non indigenam, significante hoc differebat, quod *ἔγγονος* necessario minor generatione erat, *ἐγγενὴς* etiam par atque in eodem gradu collocatus esse poterat: ceterum synonyma erant, ut *συγγενὴς* et *σύγγονος*. Hoc si probabiliter statuimus, primum non obscurum est saepe nihil referre, utrum ponatur, nostro autem loco aptius fuisse id, quod a notione filii, qui proprie dicitur, nonnihil abesset. Vnus enim Orpheus plurium Musarum filius esse non poterat; quem si nihilo minus Plato *Μουσῶν ἔκγονον* diceret, non matrem ipsam, quae Calliope putabatur, designare, sed paternum maternumque Orphei genus ad Musas referre videretur: sin *ἔγγονον* appellavit, vulgatae opinioni consentiens unius Musae filium hoc ipso omnibus coniunctum genere ostendit. Deinde apparet, quo modo fieri potuerit, ut *ἔγγονος* proprie nepos, *ἔκγονος* filius diceretur. Nepos enim nascendo inductus in avi familiam potius, quam prognatus ab eo videbatur. De Euripidis reliquorumque locis nunc non meum est iudicare: hoc addam, neque Demosthenis Isaeive codices a Bekkero collatos suspicionem Osanni confirmasse, et Platonis libros in vocabulo *ἔκγονος* multo minus, quam aliorum, corruptos esse et fere singulares

ὥς φασι, καθ' ἃς θυηπολοῦσι πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν
365 εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς, μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει. Ταῦτα πάντα, ἔφη, ὦ φίλε Σώκρατες, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα λεγό-

nec saepe perperam ἔγγονος pro eo habere, ut Polit. p. 288. D. Menex. p. 237. B. 238. A. Hipp. mai. p. 291. E. 293. B. 297. B. Civ. L. III. p. 406. C. V. 459. D. 463. C.

ὥς φασι] om. Fic.

θυηπολοῦσι] θυηπολοῦσι Ald. Bas. a.

διὰ θυσιῶν] καὶ θ. Ven. C. Vind. D. Par. DK. διὰ θ. τε Vind. E. Amb. C. Flor. ACT. μετὰ θ. τε Vind. F. Ang. B. Flor. R. μετά τινων ἑορτῶν τε καὶ θυσιῶν Mon. B. μετά τινων ἑορτῶν τε Flor. U.

καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν] καὶ μετὰ π. ἡ. Vind. EF. Ang. B. Flor CR. καὶ παιδείας ἡ. Vind. D. *cum ludorum oblectamentis* Fic. Inter παιδιᾶς et ἡδονῶν Stephanus in adnot. καὶ, Schaeferus ab Astio laudatus in glossario Liviano p. 560. διὰ inserendum censent. Sed παιδιᾶς ἡδονὰς recte explicuerunt Ficinus et Astius. Conf. θέας ἡδονὴν Pausan. L. I. c. 21. extr.

ἔτι ζῶσιν] ζ. ἔ. Flor. T.

365 ἃς δὴ — ἀπολύουσιν] om. Amb. C.

θύσαντας] θύσαντες Flor. ACV.

περιμένει] περιμενεῖ Ven. C. Ang. B. περιμένει Vind. F.

Ταῦτα] εἰ τ. Vind. E.

τοιαῦτα] καὶ τ. Vind. E.

λεγόμενα] λέγομεν Lob. Vat. BHM. Vind. E. et a m. pr. B. Flor. ACV. Vitium ex horrore hiatus ortum etiam Ficini codicibus insedit, qui verbo *dicimus* periodum claudit, deinde pro ἀκουούσας *haec audientes* habet.

πέρι καὶ] καὶ περὶ Amb. C. πέρι δὲ Vind. F.

ἀκουούσας] ἀκουσάσας Amb. C. εὐφυεῖς] ε. εἰσὶ Vind. EF. Amb. C. Ang. B. Flor. ACRT.

ἐπιπτόμενοι] Ita Vind. D. a m. pr. sed ἐπιπτάμενοι a m. s. ἐφιπτάμενοι a m. s. Par. A. ἐπισπόμενοι Par. DK. (superscriptis uterque πτ) Mon. B. Flor. U. (Stallbaumio ἐπεσπόμενοι ex Flor. U. proferenti idemque in Par. K. exstare dicenti operae videntur non paruisse.) Astius aliquando ἐπιπετόμενοι, Benedictus coni. p. 5. ἐπιπτάμενοι malebat, quemadmodum Stephanus in thesauri indice v. ἐπίπταμαι h. l. scribi in vet. lex. refert. Vtrique igitur aoristus displicebat, quem tamen et res ipsa, quum inter volandum colligi nihil possit, et adiectus alter συλλογίσασθαι commendat. Ceterum ἐπίπταμαι pro ἐπιπέταμαι non magis Graecum videtur, quam ἐπίπτομαι pro ἐπιπέτομαι, quamquam Hermannus ad Oed. T. v. 17. πτέσθαι praesentis esse infinitivum ex πέτεσθαι contractum credit. Recte mihi Porsonus ad Med. v. 1. iudicasse videtur: „Attici in praesenti adhibent πέτομαι, πέταμαι, in aoristo ἐπτόμην, ἐπτάμην, quorum prius ita praeferendum iudico, ut contra librorum tamen consensum nihil mutetur." Libri msti Platonis plerumque o tuentur, praesentis eis locis, quos Astius indicavit, Civ. L. V. p. 467. D. VIII. 567. D. Euthyph. p. 4. A. Theaet. p. 199. B. aoristi Phaedon. p. 70. A. 109. E. Sed ib. p. 84. B. διαπταμένη vulgata ante Heindorfium lectio eademque haud contemnendorum codicum est; et Tim. p. 81. D.

μενα ἀρετῆς περὶ καὶ κακίας, ὡς ἄνθρωποι καὶ θεοὶ περὶ αὐτὰ ἔχουσι τιμῆς, τί οἰόμεθα ἀκουούσας νέων ψυχὰς ποιεῖν, ὅσοι εὐφυεῖς καὶ ἱκανοὶ ἐπὶ πάντα τὰ λεγόμενα ὥσπερ ἐπιπτόμενοι συλλογίσασθαι ἐξ αὐτῶν, ποῖός τις ἂν ὢν καὶ πῇ πορευθεὶς τὸν βίον ὡς ἄριστα διέλ- B *θοι; λέγοι γὰρ ἂν ἐκ τῶν εἰκότων πρὸς αὐτὸν κατὰ Πίνδαρον ἐκεῖνο τὸ Πότερον δίκᾳ τεῖχος ὕψιον, ἢ σκο-*

plerique *ἐξέπτατο*, pauci *ἐξίπτατο* habent.

ἐξ αὐτῶν] *om.* Vind. F. Ang. B. Flor. R. *ἐξαυτῶν* Lob. *ex se ipsis* Fic.

B *πῇ πορευθεὶς*] *ποῖ π.* Lob. Vind. BE. Vat. BM. Par. DK. Mon. B. Amb. C. Flor. TU. Astius in tert. ed. *quorsum tendens* Fic. *ποῖ* restituendum censet etiam Boeckhius ad Pind. fragm. p. 671. ex Platonis, ut ait, consuetudine: etenim *τὸν βίον* non a participio *πορευθεὶς* pendere, sed a verbo *διέλθοι*. Verum hoc, sed invalidum ad expellendum *πῇ*, quod salva sententia scriptoris in *ποῖ* mutari non potest. Nemo enim ambigit, quin ad felicitatem dirigendus vitae cursus sit: de via dubitatur, qua sit ingrediendum. Viae autem significandae non solum apud Platonem, sed apud omnes inservit *πῇ*.

διέλθοι] *διέλθῃ* Vind. B. Vat. M. *αὐτὸν*] *ἑαυτὸν* Lob. Vind. B. Vat. M. *αὖ*. Vind. F.

Πίνδαρον] *τὸν π.* Vind. F. Ang. B.

Πότερον δίκᾳ etc.] Ante Bekkerum legebatur *δίκας* et *σκολιᾶς ἀπάτας*, nec aliter Cicero ad Att. L. XIII. ep. 38. eodem Pindari loco utens legit, si vulgatae credimus. Sed ibi codices optimi Bosii *σκολιαῖς ἀπάταις* habent, et in altero Oxoniensium, qui ambo *δίκας τεῖχος ὕψιον* omittunt, est *σκολιᾶς ἀπάταις*. Epistola autem 41. qua iterum haec duo verba Pindari adhibet, alter ex Bosianis et ambo Oxonienses *σκολιαῖς ἀπάταις* habent, ut etiam Cicero *δίκᾳ* et *σκολιαῖς ἀπάταις* legisse et ipse dixisse videatur. Similis primae editionis et mstorum dissensio est in Maximi diss. XVIII. init. illa (p. 10.) *πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβαίνειν ἐπιχθόνιον γένος ἀνθρώπων, δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν* et iterum *πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ μή·* et tertio *ὅτι ναὶ δίκας τεῖχος ὕψιον, καὶ μὴ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβαίνειν ἐπιχθόνιον γένος ἀνθρώπων* exhibente, codicibus vero duobus a Davisio collatis dativos praebentibus, quos restituit Davisius. Denique ex Attico, philosopho Platonico, Eusebius praep. ev. L. XV. p. 466. R. Steph. haec refert: *πότερον δὴ κατ' ἴχνος ὕψιον, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνει ἐπιχθόνιον γένος ἀνδρῶν*, in quibus prior dativus nullo negotio agnoscitur. Iam vero ab hac Ciceronis, Maximi, Attici lectione Platonicam diversam non fuisse codices declarant, ex quibus Par. ADK. Ven. C. Vind. E. Mon. B. Amb. C. Vat. H. Flor. ACUV. *δίκαι*, Vind. D. *δεῖ καὶ*, Vind. F. *δὴ καὶ*, Ang. B. Flor. RT. *δίκαις*, Lob. Vind. B. Vat. M. *δίκαιον*, itaque tantum Vat. B. Ven. B. et nullius momenti Flor. B. *δίκας* habent, *σκολιαῖς ἀπάταις* autem in omnibus legitur, excepto Ang. B. qui *σκολιᾶς ἀπάταις*, sed posito *ι* super *ᾶς*, et Mon. B. qui *σκολιὸν ἀπάταις* item *αῖς* super *ὸν* scripto exhibet, et Vind. F. Ven. B. Flor. B. cum Stephano consentientibus. Orationem ipsam vero multo elegantiorem et Pindaro magis dignam esse apparet, si nescire fa-

λιαῖς ἀπάταις ἀναβὰς καὶ ἐμαυτὸν οὕτω περιφράξας διαβιῶ; τὰ μὲν γὰρ λεγόμενα δικαίῳ μὲν ὄντι μοι, ἐὰν καὶ μὴ δοκῶ, ὄφελος οὐδέν φασιν εἶναι, πόνους δὲ καὶ ζημίας φανερὰς· ἀδίκῳ δὲ δόξαν δικαιοσύνης παρεσκευα-

tetur, utrum iustitia an malis artibus, recta an obliqua via, felicitatis humanae fastigium altius consequi liceat, quam si fraudi eique obliquae turrim tribuit in alto positam, cui magis spelunca abdita et sinuosa conveniret. Recte igitur dativos Astius nostro loco recipiendos iudicavit, Boeckhius in Pindari fragmento recepit. Idem Boeckhius *ὕψιον*, pro quo in Vind. F. Ang. B. et Flor. ACR. (conservata tamen, ut Stallbaumius ait, lectione vulgata, h. e. ni fallor, inter versus) *ὑψηλόν*, in Aldina *ὅψιον* legitur, recte observavit comparativum esse; cuius tamen vim Plato videtur neglexisse, certe adolescentem non id dubitantem fecisse, utra turris altior, sed utra via ad altam felicitatis turrim adscendendum sit. Ficinus hunc locum ita expressit: *consentaneum est, iuvenem talem Pindari illud animo volvere: Vtrum iustitiae conscendam alta moenia, an obliquas doli vias ingrediar, meque ita fulciens vitam agam?*

καὶ ἐμαυτὸν] *καὶ om.* Par. DK. probante Boeckhio l. c. et Heindorfium conferri iubente ad Gorg. §. 135. qui *οὕτω* post participium sine copula adiectum exemplis illustravit. Hic vero praepositum *ἐμαυτὸν* et additum *περιφράξας* adverbium non ad *ἀναβάς*, sed ad *σκολιαῖς ἀπάταις*, quo animus illius iamiam inclinat, referendum docent.

διαβιῶ] *διαβῶ* Vind. D.

τὰ μὲν γὰρ] *τὰ γὰρ δὴ* Vind. F. Ang. B. Flor. R. Astio *κατὰ τὰ* — in tert. ed. desideranti scrupulum iniecisse puto pluralem verbi *φασὶν* cum neutro *λεγόμενα* constructum, qua de re dubitavi ad L. I. p. 353. B. neque nunc satis certum habeo, utrum cum Boeckhio l. c. interpreter: *ea enim, quae dicuntur, iusto mihi nihil pollicentur commodi fore*, an statuam anacoluthon hoc sensu: *nam quo modo res ipsa comparata sit, nescio: quae quidem vulgo dicuntur, talia sunt, ut iusto mihi commodi quicquam fore negetur.* Sic *τὰ λεγόμενα* nominativus, et tamen verbi *φασὶν* subiectum aliud, *οἱ πολλοὶ* vel simile esset. Atque hoc propter ipsum verbum praetulerim.

δικαίῳ μὲν] *μὲν om.* Vind. D.

ἐὰν καὶ μὴ δοκῶ] *ἐὰν μὴ καὶ δοκῶ* Vind. F. Ang. B. Flor. R. quem ordinem verborum necessarium ducunt Dobraeus a Stallbaumio laudatus ad Aristoph. Nub. p. 318. ed. Lips. et Boeckhius l. c. sensum ita declarans: *nisi idem habear iustus.* Ego quoque sic mallem, si per codices liceret, praesertim quum *τὸ δοκεῖν* paullo post tantopere extollatur: sed tamen vulgatam servandam puto et aut cum Astio interpretandam: *etiam si non videar*, h. e. si iustus sim ita, ut huic uni rei studeam eaque contentus sim, etiam si non videar esse iustus, si iustitiae ipsi etiam remota specie operam dedero; qualem iustum supra deformaverat Glauco; aut cum Schleiermachero propius ad Boeckhii declarationem: *si simul non videar*, si non solum iustus sim, sed etiam caream specie iustitiae. Nobis quidem id genus loquendi insolitum est, sed non magis, quam Lach. p. 194. A. praepositum negationi *καὶ* in verbis *ἵνα καὶ μὴ ἡμῶν αὐτὴ ἡ ἀνδρία καταγελάσῃ*, ubi vulgo erat con-

σμένῳ θεσπέσιος βίος λέγεται. οὐκοῦν ἐπειδὴ τὸ δο- C
κεῖν, ὡς δηλοῦσί μοι οἱ σοφοὶ, καὶ τὰν ἀλάθειαν βιᾶ-
ται καὶ κύριον εὐδαιμονίας, ἐπὶ τοῦτο δὴ τρεπτέον
ὅλως· πρόθυρα μὲν καὶ σχῆμα κύκλῳ περὶ ἐμαυτὸν

tra codices ἵνα μὴ καὶ — aut Leg. L. XI. p. 918. C. postpositum: ἵν' εἰ μὴ καὶ τὸ ὅλον, ἀλλ' οὖν μέρος γε ἐξιασώμεθα νόμῳ. Cf. etiam Civ. L. V. p. 470. B. ὅρα δὴ καὶ εἰ τόδε πρὸς τρόπου λέγω, ubi εἰ καὶ in quibusdam est.

ὄφελος] ὅ. μὲν Vind. F. Ang. B. Flor. R.

οὐδέν φασιν] φ. οὐ. Lob. Vind. B. Vat. BM. Ven. B. editi ante Bekkerum.

παρεσκευασμένῳ] παρασκευασαμένῳ Lob. Vind. BF. Vat. BM. Ven. BC. Amb. C. Ang. B. Flor. RT. παρασκευασμένῳ Ald. Bas. ab.

C τὸ δοκεῖν] *existimatio haec iustitiae* Fic.

τὰν ἀλάθειαν] Ita Par. A. Vat. H. Vind. EF. Amb. C. Ang. B. Flor. ABCV. Bekkerus et Stallbaumius. τὴν ἀλήθειαν Ven. B. Bas. ab. τὰν ἀλήθειαν reliqui codices (Lob. correctus in vocali articuli) Ald. Steph. quod, nisi Par. A. obstaret, haud minus ferri poterat, quam E. εὐχωλαῖς ἀγανῇσι. Dictum ipsum Simonidis non tam turpiter vitiatum, quam Valckenario videbatur diatr. de Eur. rel. p. 258. A, in scholiis legitur ad Eurip. Orest. 235: τὸ δοκεῖν καὶ τὰ μάλα θεῖα βιᾶται, imo propius vero, quam in scholiis ad eiusdem fabulae v. 780: τὸ δοκεῖν καὶ τὴν ἀλήθειαν βιάζεται, secundum quae ille nostri loci immemor Simonidis versum ita constituit: καὶ τὰν ἀλάθειαν τὸ δοκεῖν βιάζεται. Ficinus pro uno βιᾶται duo habet *cogit ac violat.*

κύριον εὐδαιμονίας] His verbis, quae nescio an et ipsa Simonidis sint, in Amb. C. Flor. T. ἂν εἴη, in Vind. EF. Ang. B. Flor. ACR. εἴη additum, in scholiis autem Bekkeri τὸ δοκεῖν κύριόν ἐστιν rectius, quam apud Ruhnkenium τὸ δοκεῖν κύριον εἶναι, adscriptum est.

ἐπὶ] *om.* Vind. F. int. vers. habet Flor. R.

τοῦτο] τοῦτω Vind. E. Vat. H. Flor. AC.

ὅλως·] ὅλως; Bas. ab. Steph. Etiam Ficinus: *nonne igitur — tendendum est?* Stephanus autem in margine καὶ ante πρόθυρα addendum et post σχῆμα interpungendum ostendit, quorum neutrum necessarium. Non ut novum hoc, sed ad definiendum id, quod universe dictum erat, in specie comparanda omnem ponendam esse operam, additur: *adumbrationem virtutis e longinquo fallentem* (σκιαγραφίαν, qualem in monte Sipylo Nioben vidisse scribit Pausanias L. I. c. 21, 3. quod alio loco Plato Theaet. p. 208. E. σκιαγράφημα dicit et ἐσκιαγραφημένον L. VII. p. 523. B. VIIII. 583. B. et iterum σκιαγραφίαν Phaedon. p. 69. B. sed etiam artem ipsam L. X. p. 602. D.) *circumponi oportere*, quae veritatem sic obtegat, ut vestibulum (πρόθυρα, quorum loco πρόστασιν dicit L. VIIII. p. 577. A.) interiora aedium et quaevis externa species rei naturam. σχῆμα h. l. idem est, quod πρόσχημα L. VI. p. 495. C.

μὲν] μὲν γὰρ Mon. B. Flor. U.

σχῆμα κύκλῳ] κ. σ. Vind. B. σχήματα καὶ κύκλῳ Vind. F. Ang. B. Flor. R.

σκιαγραφίαν ἀρετῆς περιγραπτέον, τὴν δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξόπισθεν κερδαλέαν καὶ ποικίλην. Ἀλλὰ γὰρ, φησί τις, οὐ ῥᾴδιον ἀεὶ λανθάνειν κακὸν ὄντα. Οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν εὐπετὲς, φήσομεν, τῶν μεγάλων· ἀλλ' ὅμως, εἰ μέλλομεν εὐδαιμονήσειν, ταύτῃ ἰτέον, ὡς τὰ ἴχνη τῶν λόγων φέρει. ἐπὶ γὰρ τὸ λανθάνειν ξυνωμοσίας τε καὶ ἑταιρείας συνάξο-

ἀλώπεκα] ἀλωπεκῆν Timaeum legisse ex eius glossa τὴν ἀλωπεκῆν· τὴν πανουργίαν suspicatur Ruhnkenius p. 257. eamque lectionem meliorem videri posse, nihil tamen mutandum temere, et ἀλώπεκα pro pelle vulpina dictum existimat, ut λέοντα pro leonina et eiusdem generis alia, de quibus disputaverit Toupius ep. crit. p. 118. (p. 97. ed. Lips.) et ad schol. Theocrit. p. 209. (Vol. II. p. 486. ed. Berol.) Quod ad prius attinet, equidem non intelligo, cur Timaeus, si ἀλωπεκῆν legit, articulum a Platone alio loco positum tam necessarium putaverit, ut glossam non litterae *A*, sed *T* subiiceret; neque credibile mihi eum τὴν τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλωπεκῆν aut scriptum a Platone credere aut inter λέξεις Platonis referendum et isto modo explicandum putare potuisse. Itaque alio spectare glossam opinor. De pelle autem vulpina sermonem non esse epitheta κερδαλέαν καὶ ποικίλην docent ipsam vulpem designantia, cuius ab Archilocho celebratam duabus fabulis astutiam pone absconditam gerere et oculis hominum subtrahere iubemur. Confer Schleiermacherum ad h. l. et de fabulis ipsis Huschkii dissertationem in Fab. Aesop. a Furia editis Lips. a. 1810. p. CCXIIII. sqq. inprimis p. CCXXVIII. quo loco ubicunque vulpes Archilochi ob astutiam laudetur, alteram significari statuit, in qua simium ludificatur, sicut in priore ulciscitur aquilam. Sed magis probabile ex utraque petitum et compositum perfectae astutiae exemplum quum ab aliis tum a Platone hic notari.

ἑλκτέον] ἑλκητέον Amb. C. Vat. H.

ἐξόπισθεν] ἐξόπισθε Vind. EF. Vat. H. Flor. ACV. Cf. ad p. 363. D. — Ficinus haec a verbis πρόσθυρα μὲν usque ad ποικίλην ita reddidit: *induere itaque imaginem oportet iustitiae, et quandam prae se ferre virtutis adumbrationem, a tergo vero illam sapientis Archilochi vulpem astutam ac variam trahere.*

φησί] Ita e Par. A. Lob. Vind. BE. Vat. BHM. Ven. B. Amb. C. Flor. ACTV. pro φήσει scribendum putavi, quod reliqui codices et editiones omnes habent, quod per se haud dubie optimum est, sed ex altero futuro φήσομεν a librariis factum videtur. *dixerit* Fic.

ἀεὶ] αἰεὶ Vind. D. Flor. ACT.

ἄλλο] *om.* Fic.

μέλλομεν] μέλλοιμεν Par. DK. D sec. Bekk. Mon. B. Flor. U.

ταύτῃ ἰτέον, ὡς] *hac eundum est, qua* Fic. Nec aliter Lindavius haec intellexisse videtur in adnot. ad Timaeum Platonis nuper ab ipso editum p. 74. Sed ταύτῃ ad praecedentia referendum, quod non fugit Schleiermacherum.

φέρει] φέροι Flor. T.

τὸ λανθάνειν] τὸ, sup. ῶ, λ. Lob. τῶ λ. Vat. BM. Cf. ad L. I. p. 353. A.

ξυνωμοσίας] Ita Bekkerus, in comm. hoc tantum monens, Stephanum ξυνομοσίας habere, quae etiam Aldi et Bas. ab. scriptura est et, quantum ex verbis Stallbaumii colligas, omnium Florentinorum. Cum Bekkero enim di-

μεν, εἰσί τε πειθοῦς διδάσκαλοι σοφίαν δημηγορικήν τε καὶ δικανικὴν διδόντες, ἐξ ὧν τὰ μὲν πείσομεν, τὰ δὲ βιασόμεθα, ὡς πλεονεκτοῦντες δίκην μὴ διδόναι. Ἀλλὰ δὴ θεοὺς οὔτε λανθάνειν οὔτε βιάσασθαι δυνατόν. Οὐκοῦν εἰ μὲν μὴ εἰσὶν ἢ μηδὲν αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπίνων μέλει, καὶ ἡμῖν οὐ μελητέον τοῦ λανθάνειν· εἰ δὲ E *εἰσί τε καὶ ἐπιμελοῦνται, οὐκ ἄλλοθέν τοι αὐτοὺς*

cit id correxisse neque ullum codicem testem citat. Iam accedente Bipontinorum de Par. K. silentio Bekkerum aliquid neglexisse suspicarer, nisi in omnibus meis (Vind. F. *συνωμ.* habet) ω invenissem. Id vero genuinum esse mihi quoque, ut Stallbaumio, persuadet Lobeckius ad Phryn. par. p. 704. neque apud Pollucem VIII. 39. invenio, quod Lobeckius ibi exstare scribit, *συνομοσία*.

ἑταιρείας] ἑταιρίας Vind. BEF. Vat. M. Flor. R. ἑτερίας Ang. B. Iidem Bekkeriani cum Lob. L. VI. p. 494. E. ἑταιρίαν exhibent, et Theaet. p. 173. D. tres optimi ἑταιριῶν. Atque ἑταιρία satis certum est quum alibi, tum Demosth. Mid. p. 503. extr. Bekk.

διδάσκαλοι] δ. *χρημάτων* Vind. EF. Amb. C. Ang. B. Flor. CRT. et int. vers. A.

δικανικὴν] *μηχανικὴν* Par. K. sec. Bip.

ὡς] ὥστε Vind. F. Ang. B. Flor. R.

πλεονεκτοῦντες] πλεονεκτοῦντας Vind. E. Flor. T.

Ἀλλὰ — ἀναπειθόμενοι] laudat Cyrillus adv. Iul. L. III. p. 76. D. ed. Spanhem.

δυνατόν.] δυνατόν; Ald.

Οὐκοῦν] *Verum* Fic.

ἀνθρωπίνων] ἀνθρώπων Amb. C.

μέλει] μέλεται Cyrillus.

καὶ ἡμῖν οὐ] Optimorum codicum et plurimorum, in his Lob. Vind. BD. nec non Cyrilli lectio vitiosa καὶ ἡμῖν trinas in reliquis emendationes peperit, unam, quam Stallbaumius veram putat, τί καὶ ἡμῖν, quae in Vind. EF. Amb. C. Ang. B. Flor. ACRT. exstat, et in Vat. B. ita, ut τί super καὶ scriptum sit; aliam οὐδ' ἡμῖν, quam Bekkerus ex Mon. B. et Stallbaumius ex Flor. U. recepit; tertiam, quae vulgata ante Bekkerum a nobis servata et in margine Par. D. atque, si Stallbaumii silentium non fallit, in Flor. BV. reperta est. Ficinus: *haud nobis curandum est.* Primae non deest codicum auctoritas, sed obstat καὶ, quod si scriptor addendum putabat, ut negligentiam hominum cum deorum negligentia coniunctam eaque non solum excusandam, sed pene necessariam factam ostenderet, non poterat non sentire minus aptam fore interrogationem, quae huiusmodi explicationem admitteret: *cur etiam nos curemus, ut lateamus, quum aliis id curae sit?* Quare si in bono aliquo libro τί pro καὶ legeretur, aut Vaticani B. scripturam ita interpretari liceret, aut denique frequens utriusque vocabuli permutatio esset, *τί ἡμῖν μελητέον τοῦ λανθάνειν;* verum putarem. Bekkeri lectio optima est, sed haud dubie interpolata. Itaque reliquum est, ut antiquam editionum scripturam revocemus, fortasse non veram, sed earum, quas inter optio datur, maxime probabilem. Certe οὐ facilius excidere, quam οὐδ' in καὶ mutari potuit.

μελητέον] μελετητέον Cyrill.

λανθάνειν] λαθεῖν Vind. F. E Amb. C. Ang. B. Flor. RT.

δὲ εἰσὶ] δ' εἰσὶ Vind. EF. Amb. C. Ang. B. Flor. ACR.

ἄλλοθέν] ἀλλαχόθεν Cyrill.

τοι αὐτοὺς] τοιαῦτα Vind. B.

ἴσμεν ἢ ἀκηκόαμεν, ἢ ἔκ τε τῶν λόγων καὶ τῶν γενεαλογησάντων ποιητῶν· οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσιν, ὡς εἰσὶν οἷοι θυσίαις τε καὶ εὐχωλαῖς ἀγανῇσι καὶ ἀναθήμασι παράγεσθαι ἀναπειθόμενοι· οἷς ἢ ἀμφότερα ἢ οὐδέτερα πειστέον. εἰ δ' οὖν πειστέον, ἀδικητέον καὶ θυ-
366 τέον ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων. δίκαιοι μὲν γὰρ ὄντες ἀζήμιοι ὑπὸ θεῶν ἐσόμεθα, τὰ δ' ἐξ ἀδικίας κέρδη ἁπωσόμεθα, ἄδικοι δὲ κερδανοῦμέν τε καὶ λισσόμενοι ὑπερβαίνοντες καὶ ἁμαρτάνοντες πείθοντες αὐτοὺς ἀζήμιοι ἀπαλλάξομεν. Ἀλλὰ γὰρ ἐν Ἅιδου δίκην δώσομεν ὧν ἂν ἐνθάδε ἀδικήσωμεν, ἢ αὐτοὶ ἢ παῖδες παίδων. Ἀλλ', ὦ

τοιούτους Cyrill. αὐτοὺς Flor. T. *id* Fic.

ἢ ἀκηκόαμεν] καὶ ἀκ. Vind. BF. Ang. B. Vat. M. Flor. RT. Cyrill. Stallbaumius.

τε] *om.* Vind. F.

λόγων] νόμων Vind. F. Amb. C. Ang. B. Flor. ACR. *ex multorum sermonibus* Fic. Muretus malebat *λογίων*. Cf. p. 364. B. 366. E.

γενεαλογησάντων] γενεαλογισάντων Vind. E.

δὲ αὐτοὶ] δ' αὐτοὶ Vind. F. Ang. B. Flor. R.

οὗτοι] *om.* Vind. D. Amb. C. et a m. pr. Ven. B.

οἷοι] οἵοι Vind. D.

θυσίαις] θυσιαῖς Vind. E. θυθισίαις a m. pr. Vind. F.

ἀγανῇσι] ἀγανῆσιν Flor. V. ἀγαναῖσι Vind. F. Ang. B. Flor. R. Stallbaumius. ἀγαναίνειν Cyrillus. *om.* Fic. Ionica forma utitur Adimantus, ut non ipse, sed poëtarum aliquis loqui videatur. Cf. ad L. III. p. 389. D.

παράγεσθαι] παραγενέσθαι Amb. C.

ἀναπειθόμενοι] *om.* Fic.

οἷς] οἵος Amb. C. ὥστε Flor. R.

πειστέον] πιστέον Flor. B. item paullo post.

οὖν] οὐ Vind. B. Vat. M. *ita* Fic.

ἀδικητέον] *et iniuste agendum* Fic.

366 ὄντες] ἰόντες Lob. Vind. B. Vat. M.

ἀζήμιοι ὑπὸ] ἀζήμιοι μόνον ὑπὸ Ven. C. Vind. DEF. Par. DK. Mon. B. Amb. C. Ang. B. Vat. H. Bekkerus et cum omnibus septem, quos singulatim enumerat, Florentinis Stalibaumius. Muretus μὲν desiderabat. μόνον, quod etiam Benedicto placet, haud ineptum est, si eos, quorum hic sermo refertur, data opera statuimus conditionem iustorum etiam iniquiorem facere, quam antea p. 363. B. C. D. facta est, quo loco non solum impunitatem, sed etiam praemia a diis consequi dicebantur; et simili modo Tim. p. 17. D. legitur: ὡς ἆρα αὐτοὺς δέοι φύλακας εἶναι μόνον τῆς πόλεως, et in uno Ven. D. ibi quoque omissum est. Verum tamen nihil desiderari videtur in hac sententia: *si iusti simus, impunitatem a diis habebimus, sed iniustitiae emolumentis nos spoliabimus: sin iusti, et emolumenta et impunitatem consequemur.* Neque caussam aut occasionem omittendi reperio; addendum vero facile poterat eis videri, qui scriptorem exornare et amplificare solerent. Itaque hic vulgatam et puriores codices sequor. Cf. ad p. 367. A. Etiam Ficinus: *illaesi a Diis erimus.*

ἄδικοι] ἄδικον Vind. E.

ἀπαλλάξομεν] ἀπαλλάξωμεν Par. K. sec. Bip. Quem Bekkerus dicit idem habere Vind. B. in eo a me repertum non est, et pro

φίλε, φήσει λογιζόμενος, αἱ τελεταὶ αὖ μέγα δύνανται καὶ οἱ λύσιοι θεοὶ, ὡς αἱ μέγισται πόλεις λέγουσι B
425 καὶ οἱ θεῶν παῖδες ποιηταὶ καὶ προφῆται τῶν θεῶν γενόμενοι, οἳ ταῦθ' οὕτως ἔχειν μηνύουσι. κατὰ τίνα οὖν ἔτι λόγον δικαιοσύνην ἂν πρὸ μεγίστης ἀδικίας αἱροίμεθ' ἄν, ἣν ἐὰν μετ' εὐσχημοσύνης κιβδήλου κτησώμεθα, καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις πράξομεν κατὰ νοῦν ζῶντές τε καὶ τελευτήσαντες, ὡς ὁ τῶν πολλῶν τε καὶ ἄκρων λεγόμενος λόγος; Ἐκ δὴ πάντων τῶν εἰρημένων τίς μηχανὴ, ὦ Σώκρατες, δικαιοσύνην C
τιμᾶν ἐθέλειν ᾧ τις δύναμις ὑπάρχει ψυχῆς ἢ χρημά-

eo Par. K. significare voluisse Bekkerum suspicor.

ἀδικήσωμεν] *ἀδικήσαιμεν* Par. K. sec. Bip. Mon. B. Flor. U. *ἀδικήσομεν* Ald. Bas. ab.

παίδων.] *παίδων;* Vind. DE. Ald. Bas. ab.

Ἀλλ'] *ἀλλὰ* Vind. F.

φήσει λογιζόμενος] *dicere quadam ratione licebit* Ficinus, non sentiens Adimantum hoc loco relictis iniustitiae partibus et alteri traditis semetipsum ad iustitiam transferre.

αἱ τελεταὶ] *αἵ τε λιταὶ* Vind. D.

αὖ μέγα δύνανται] *om.* Par. A. Lob. Vind. BE. Amb. C. Vat. HM. Flor. ACT. Bas. b. et a m. pr. Ven. C. Erroris fons idem, qui p. 358. A.

καὶ οἱ λύσιοι θεοὶ] *exorabilesque Dii sunt* Ficinus, qui *οἱ* videtur non legisse.

B *οἱ*] *om.* Fic.

ταῦθ'] *ταῦτα* Lob. Vind. BEF.

οὕτως ἔχειν] *ἔ. οὕτω* Vind. F. *ἔ. οὕτως* Ang. B.

μηνύουσι] *μηνύουσιν* editi ante Bekkerum.

ἂν πρὸ] *ἂν πρὸς* Bas. b. *πρὸ* Vind. BE. Amb. C. Flor. T. *ἀντὶ τῆς* Vind. F. Ang. B. Flor. R. et a m. s. AC.

αἱροίμεθ' ἄν,] Vulgo hoc loco signum interrogationis et infra post *λεγόμενος λόγος* punctum est. In Bas. ab. utrobique interrogationis signum factum. Hic comma propter *ἣν* posui, quod artius cum *ἀδικίας* cohaeret.

μετ'] *μετὰ* Vind. F.

κιβδήλου] *κίβδηλον* Vind. E. Amb. C. Flor. AC.

καὶ παρὰ] *παρά τε* Vind. F. Ang. B. Flor. R. *καὶ παρά τε* Vind. E. Flor. AC.

παρ' ἀνθρώποις] Ita Lob. Vind. BDEF. Flor. ACRT. et quos Bekkerus designat Amb. C. Ang. B. Vat. HM. *παρὰ ἀ.* (Flor. BUV.) Ald. Bas. ab. Steph. Bekkerus.

ὁ τῶν] *ὁ om.* Par. K. Vat. H.

τίς μηχανὴ] *quis crediderit* Fic.

τις] *τίς* Vind. D. Ald. Bas. ab. C

ψυχῆς] Ita Par. ADK. Vind. DF. Mon. B. Ang. B. Vat. H. Flor. ACRTUV. et a m. pr. Ven. C. *τύχης* reliqui codices et Vat. H. inter versus, et editiones ante Bekkerum. *fortunae* Fic. Sed fortunae debentur ea, quae Adimantus deinceps enumerat, idque tam manifestum est, ut neque explicationis gratia addi debuerint, neque praemittendum eis nomen fortunae fuerit, quae ea omnia complecteretur. Animi robur vero minime omittendum erat, eique in sequentibus respondet *ἀνανδρία*, ut reliquis reliqua. Saepe ista nomina a librariis permutata observarunt Schaeferus Melet. p. 117. sq. et Wyttenbachius anim. ad Plut. P. I. p. 230.

ἢ χρημάτων] *om.* Flor. R. In

των ἢ σώματος ἢ γένους, ἀλλὰ μὴ γελᾶν ἐπαινουμένης ἀκούοντα; ὡς δή τοι, εἴ τις ἔχει ψευδῆ μὲν ἀποφῆναι ἃ εἰρήκαμεν, ἱκανῶς δ' ἔγνωκεν, ὅτι ἄριστον δικαιοσύνη, πολλήν που συγγνώμην ἔχει καὶ οὐκ ὀργίζεται τοῖς ἀδίκοις, ἀλλ' οἶδεν, ὅτι πλὴν εἴ τις θείᾳ φύσει δυσχε-
D *ραίνων τὸ ἀδικεῖν ἢ ἐπιστήμην λαβὼν ἀπέχεται αὐτοῦ, τῶν γε ἄλλων οὐδεὶς ἑκὼν δίκαιος, ἀλλ' ὑπὸ ἀνανδρίας ἢ γήρως ἤ τινος ἄλλης ἀσθενείας ψέγει τὸ ἀδικεῖν ἀδυνατῶν αὐτὸ δρᾶν. ὡς δὲ, δῆλον. ὁ γὰρ πρῶτος τῶν τοιούτων εἰς δύναμιν ἐλθὼν πρῶτος ἀδικεῖ καθόσον ἂν οἷός τ' ᾖ. καὶ τούτων ἁπάντων οὐδὲν ἄλλο αἴτιον, ἢ*

Vind. F. Ang. B. post *σώματος* leguntur.

ἀκούοντα] *ἀκούοντες* Lob. Vat. M. *ἀκούοντι* cum litura et superscripto *τι* Vind. B.

ὡς δή τοι] *ὡς δή τι* Lob. Vind. B. Amb. C. Vat. M. et, sup. *o*, H. Flor. T. Astius in sec. ed. et Stallbaumius, provocantes ad Phaedr. p. 242. C. et Tim. p. 26. B. quibus locis quod vulgo ante Bekkerum legebatur *ὡς δή τι*, ipse Stallbaumius secundum illum in *ὡς δή τοι* mutavit. Astius autem, qui statuit *ὡς δή τι* significare *nam profecto*, neque omnino rationem eius rei reddidit, neque quomodo id huic loco possit applicari, ostendit. Ego sicut ad L. I. p. 337. C. formulae *ὡς δή* vim ad primam et propriam particulae utriusque significationem revocare studui, idem his faciendum puto. Et quoniam noster locus exclamationem non recipit, quam Phaedri et Timaei locis in verbis *ὡς δή τοι, ὦ ἑταῖρε, μαντικόν γέ τι καὶ ἡ ψυχή* et *ὡς δή τοι τὸ λεγόμενον τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνημεῖον* inesse statuunt Heindorfius et Bekkerus, ibi pariter atque hic *ὡς* consequentiam et *ὡς δή τοι ut igitur profecto* significare existimo. *τι* prorsus ineptum videtur. Ficinus: *Quin immo.*

εἴ τις ἔχει] Indicativum dedit Bekkerus secundum Par. A. Vat. BHM. Ven. C. Amb. C. Ang. B. et Stallbaumius cum Flor. ACR. Accedunt Lob. Vind. DEF. Reliqui cum editis ante Bekkerum *ἔχοι*, quod non vitiosum erat. Quod Astio scribendum videtur, *εἴ τις καὶ ἔχει*, vel *καὶ εἴ τις ἔχοι*, quam coniecturam in comm. proposuit, etiam si in codicibus esset, minus placeret, quam simplex conditionis enuntiatio: *si quis potest.*

εἰρήκαμεν] *εἴρηκεν* Ven. C. Par. DK. Mon. B. et a m. pr. Vind. D. *εἴρηκα* idem a m. s.

δ' ἔγνωκεν] *δὲ γνῶναι* Vind. F. Ang. B. Flor. R. et a m. s. AC.

ἔχει] *ἔχοι* Par. K. Mon. B. Flor. U. *μὴ ἔχοι* Par. D. *μὴ ἔχει* Ven. C. et a m. pr. Vind. D. *μοι ἔχει* a m. s.

τὸ] *τῶ* Vind. E.

τῶν γε ἄλλων] *τ. δὲ ἄ.* Ang. D B. Flor. R. *τ. τε ἄ.* superscripto *γε* Flor. A. *om.* Fic.

ἀλλ'] *ἀλλὰ* Lob. Vind. E.

ἀνανδρίας] *ἀνανδρείας* Flor. RT.

ψέγει] *ψέγειν* Vat. B.

ὡς δὲ, δῆλον] *om.* Vind. D. *τὸ δὲ δῆλον* Bas. b. et Astius in sec. ed. In novissima *ὥς γε δῆλον* vel *ὥδε δῆλον* coniicit. *ὥδε δῆλον* habet Vind. F. *ὧδε δὲ δῆλον* Amb. C. Ang. B. Flor. ACRT. Stallbaumius. „Ὡς δὲ, interdum ἐλλειπτικῶς positum. ut ex Plat. De rep. lib. 2. affertur, *ὡς δὲ*,

ἐκεῖνο, ὅθενπερ ἅπας ὁ λόγος οὗτος ὥρμησε καὶ τῷδε καὶ ἐμοὶ πρὸς σὲ, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν, ὅτι, ὦ θαυμάσιε, πάντων ὑμῶν, ὅσοι ἐπαινέται φατὲ δικαιοσύνης
E εἶναι, ἀπὸ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἡρώων ἀρξάμενοι, ὅσων λόγοι λελειμμένοι μέχρι τῶν νῦν ἀνθρώπων, οὐδεὶς πώποτε ἔψεξεν ἀδικίαν οὐδ' ἐπῄνεσε δικαιοσύνην ἄλλως, ἢ δόξας τε καὶ τιμὰς καὶ δωρεὰς, τὰς ἀπ' αὐτῶν γιγνομένας· αὐτὸ δ' ἑκάτερον τῇ αὑτοῦ δυνάμει ἐν τῇ τοῦ ἔχοντος ψυχῇ ἐνὸν καὶ λανθάνον θεούς τε καὶ ἀνθρώπους οὐδεὶς πώποτε οὔτ' ἐν ποιήσει οὔτ' ἐν ἰδίοις λόγοις ἐπεξῆλθεν ἱκανῶς τῷ λόγῳ, ὡς τὸ μὲν μέγιστον

δῆλον, quod autem ita sit, apertum est." Steph. thes. IIII. p. 817. F. Sed Astius et Stallbaumius exempla desiderant. Mihi analogia sufficit, quam habent dictiones οἶδ' ὅτι et δῆλον ὅτι. Ficinus: *quod quidem satis ex eo patet, quoniam ut primum quis potestatem adeptus est* etc.

καθόσον] καθ' ὅσον Vind. BDE.

ἂν οἷός] ἂν om. Amb. C. Vtrumque vocabulum Vind. D. correctus habet.

τ' ἦ] τ' ἦν Ven. C. Par. D. Flor. B. Ald. Bas. ab. τ' ἦ cum litura Vind. D. τ' εἶ Amb. C. Vat. H. Flor. A. τηι, sup. ῆ, Lob. Hic Bekkerus et Stallbaumius finem capitis faciunt. Sed quae sequuntur, artissime cum his cohaerent, usque ad illa p. 367. A: ταῦτα, ὦ Σώκρατες, quae epilogum incipiunt.

οὗτος] om. Amb. C. Flor. T. U. et superscripta vulgata Par. K.

ὥρμησε] ὡρμήθη Mon. B. Flor. U. et superscripta vulgata Par. K.

τῷδε] τοῦδε Ald. Bas. ab. τῶ Vind. E.

πρὸς σὲ] om. Lob. Vind. B. Par. K. Vat. M. πρός σε Steph.

ὦ θαυμάσιε] ὦ θαυμάσιοι Mon. B. *o mirifice Socrates* Fic.

ὑμῶν] ἡμῶν Lob. Vind. D. Vat. B. Ven. C.

E φατὲ] φαμεντὲ Ven. C. a m. pr. φαμέντε Vind. D.

εἶναι] om. Lob. Vind. E. Vat. HM. Flor. ACV.

ἐξ ἀρχῆς] ἐξαρχῆς Vind. BE.

ὅσων λόγοι λελειμμένοι] ὅσον λ. λ. Vind. E. Flor. ACV. *de quibus aliqua exstat memoria* Fic. Cf. p. 365. E.

ἄλλως] ἄλλος Vat. H. Flor. ACV.

ἢ δόξας τε καὶ τιμὰς καὶ δωρεὰς] ἢ δόξαν etc. Vind. D. *quam ad gloriam muneraque vel poenas respiciens* Fic. Benedictus legendum putat ἢ διώξας δόξας etc. quem satis refutavit Astius. Sed non tantum ἐπαινῶν, verum etiam ψέγων ex superioribus repetendum et τιμὰς καὶ δωρεὰς in utramque partem interpretandas esse pluralis αὐτῶν docet, quo ipso offensi librarii Par. DK. αὐτῆς scripserunt.

αὐτὸ δ' ἑκάτερον] om. Mon. B. a m. pr. αὐτῶν δ' ἑκ. Par. DK. sec. Bekk. Flor. U. αὐτὸ δὲ ἑκ. Vind. B.

αὐτοῦ] αὐτῇ Par. K. αὑτοῦ Lob. Vind. DF. Ald. Bas. ab.

ἐν τῇ] τί δρᾶ ἐν τῇ Vind. E. Amb. C. Flor. ACRT. τί δρᾶ τῇ Vind. F. Ang. B. *quid agat in habentis animo* Fic.

καὶ λανθάνον] καὶ om. Vind. D.

πώποτε] πώποτ' Lob. Vind. B. Amb. C. Vat. M.

ἐν ποιήσει] ἐμποιήσει Flor. V.

οὔτ'] οὔτε Vind. F. Flor. R.

ἐπεξῆλθεν] ἐπεξῆλθε Vind. B.

ἱκανῶς τῷ λόγῳ] τ. λ. ἱ. Lob. Vind. B. Vat. M.

κακῶν ὅσα ἴσχει ψυχὴ ἐν αὐτῇ, δικαιοσύνη δὲ μέγιστον
367 ἀγαθόν. εἰ γὰρ οὕτως ἐλέγετο ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ πάντων
ὑμῶν καὶ ἐκ νέων ἡμᾶς ἐπείθετε, οὐκ ἂν ἀλλήλους ἐφυ-
λάττομεν μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ ἦν ἕκαστος φύ-
λαξ δεδιὼς, μὴ ἀδικῶν τῷ μεγίστῳ κακῷ ξύνοικος ᾖ.
Ταῦτα, ὦ Σώκρατες, ἴσως δὲ καὶ ἔτι τούτων πλείω
Θρασύμαχός τε καὶ ἄλλος πού τις ὑπὲρ δικαιοσύνης τε
καὶ ἀδικίας λέγοιεν ἂν μεταστρέφοντες αὐτοῖν τὴν δύ-
ναμιν φορτικῶς, ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖ. ἀλλ' ἐγὼ, οὐδὲν
Β γάρ σε δέομαι ἀποκρύπτεσθαι, σοῦ ἐπιθυμῶν ἀκοῦσαι

κακῶν] κακὸν Lob. Vind. BF. Vat. BM. Par. K. sec. Bekk. Ang. B.

ὅσα ἴσχει ψυχὴ ἐν αὐτῇ] ὅ. ἔχει ψ. ἐν αὐ. Vind. F. Ang. B. Flor. R. ὅ. ἴ. ψ. ἑαυτῇ Vat. H. a m. pr. (αὐτῇι Lob.) *quotcunque sustineat animus* Fic.

367 ἐξ ἀρχῆς] ἐξαρχῆς Vind. B.

ὑμῶν] ἡμῶν Vind. D. Ang. B.

ἐπείθετε] ἐπείθετο, sup. *v* super *εί*, Vind. F. Etiam in Flor. AC. ἐπύθετο superscriptum dicitur.

ἀλλήλους] ἄλλους Vind. E. Amb. C. Flor. AC.

μὴ ἀδικεῖν] *ne quid in alium ageremus iniuste* Fic.

ἀλλ'] ἀλλὰ Vind. F. Flor. CRT.

αὑτοῦ] αὐτὸς Amb. C. αὐτοῦ Vind. D. Flor. CRT.

ἦν] ἂν ἦν Vind. F. Amb. C. Ang. B. Flor. CRT. ἦν ἂν Vind. E.

ἕκαστος] ἕκαστος ἄριστος Ven. C. Vind. DE. Par. DK. Mon. B. Flor. ABU. cum editis. ἄριστος ἕκαστος Vind. F. Amb. C. Ang. B. Flor. CRT. Ego cum Par. A. Lob. Vat. BHM. Ven. B. Vind. B. Flor. V. et Ficino ἄριστος etiam minus dubitavi omittere, quam *μόνον* p. 366. A. quum praeter accedens duorum librorum Vat. H. et Flor. V. haud contemnendum suffragium sedis mutatio in sex aliis facta suspicionem de glossemate magnopere confirmet.

ξύνοικος ᾖ] ξυνοικήσῃ Flor. R. Ang. B. Vind. F. ξυνοικοίη Ven. C. Vind. D. Par. DK. Mon. B. Flor. BU. Ald. Bas. a. Steph. Astius in prima et sec. ed. „γράφεται ξύνοικος ᾖ" Stephanus in margine. Optativum postulabat Astius secundum Dawesium. Sed qui late patet in lingua Graeca transitus a praeterito ad praesens, is hanc quoque mutationem producit. Cf. Euthyd. p. 288. B: *καὶ ἐγὼ φοβηθεὶς, μὴ λοιδορία γένηται, πάλιν κατεπράϋνον τὸν Κτήσιππον*, ubi optativus, quem tum requirebat Heindorfius, in nullo codice exstat. Protag. p. 320. A: *Κλεινίαν — Περικλῆς δεδιὼς περὶ αὐτοῦ, μὴ διαφθαρῇ δὴ ὑπὸ Ἀλκιβιάδου, ἀποσπάσας — ἐπαίδευε* non minus certum omnium librorum consensu coniunctivum habet, quem ibi Heindorfius multis exemplis ab Herodoto, Lysia, Xenophonte petitis tuetur.

ἴσως] τέως Vind. F. Ang. B. Flor. R. *Haec, o Socrates, hactenus. forte vero et plura Thrasymachus* etc. Fic.

τούτων πλείω] π. τ. Vind. F. Ang. B. Flor. R.

Θρασύμαχός τε] τε int. vers. habet Vind. E.

δικαιοσύνης τε] τε *om.* Vind. F. Ang. B. Flor. R.

τἀναντία, ὡς δύναμαι μάλιστα κατατείνας λέγω. μὴ οὖν ἡμῖν μόνον ἐνδείξῃ τῷ λόγῳ, ὅτι δικαιοσύνη ἀδικίας κρεῖττον, ἀλλὰ τί ποιοῦσα ἑκατέρα τὸν ἔχοντα αὐτὴ δι' αὑτὴν ἡ μὲν κακόν, ἡ δὲ ἀγαθόν ἐστι· τὰς δὲ δόξας ἀφαίρει, ὥσπερ Γλαύκων διεκελεύσατο. εἰ γὰρ μὴ ἀφαιρήσεις ἑκατέρωθεν τὰς ἀληθεῖς, τὰς δὲ ψευδεῖς προσθήσεις, οὐ τὸ δίκαιον φήσομεν ἐπαινεῖν σε, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν, οὐδὲ τὸ ἄδικον εἶναι ψέγειν, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν, C *καὶ παρακελεύεσθαι ἄδικον ὄντα λανθάνειν, καὶ ὁμολογεῖν Θρασυμάχῳ, ὅτι τὸ μὲν δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθὸν,*

μεταστρέφοντες] *μεταστρέφονφοντες* Vind. E.

φορτικῶς] *et oncrose admodum* Fic.

ὡς] *om.* Vind. F.

γ' ἐμοὶ] Ita Bekkerus et Stallbaumius secundum Amb. C. et Flor. T. pro *γέ μοι*, quod codices mei et editiones priores „cum plerisque" Bekkerianis et reliquis Florentinis habent. Cf. ad L. I. p. 329. A.

δοκεῖ] *δοκῶ* Vind. B.

σε] *σου* Par. K. Mon. B. Flor. U.

B *ὡς δύναμαι μάλιστα*] *om.* Fic.

κατατείνας] *κατά τινας* Vind. D.

μόνον ἐνδείξῃ] *ἐ. μ.* Vind. F. Ang. B. Flor. R. non male. Certe in huius orationis fine E. ubi omnia eadem leguntur, *ἐνδείξῃ μόνον* est, neque apparet, quam ob rem scriptor hoc unum immutare voluerit.

τῷ λόγῳ] *om.* Fic.

κρεῖττον] Ita Par. A. Ven. C. Vind. D. Mon. B. *κρείττω* Flor. AV. *κρείττων* cum editis ante Astium reliqui codices, sed Vind. F. Par. DK. Flor. U. superscripto *ον*. Eadem varietas E. obtinet, quo loco neutrum etiam vulgatum est.

ποιοῦσα] *ποιποιοῦσα* Vind. E.

ἑκατέρα] *ἑκατέρᾳ* Ald. Bas. a.

αὐτὴ] *αὐτὴν* Vind. BE. Mon. B. Amb. C. Ang. B. Vat. HM. Florentini omnes et a m. s. Par. D. *αὐτὴ*, sup. *ν*, Vind. F.

αὐτὴν] *αὐτὴν* Vind. DF. omnes Flor. *ἑαυτὴν* Vind. E.

κακὸν, ἡ δὲ ἀγαθὸν] *ἀγαθὸν ἡ δὲ κακόν* Vind. F. Ang. B.

Γλαύκων] *etiam Glauco* Fic.

τὰς] *ἀλλὰ τὰς μὲν* Vind. F. Ang. B. Flor. RT. in quo haec omnia ab *ἑκατέρωθεν* usque ad *προσθήσεις* a correctoris manu adscripta sunt.

ἀληθεῖς, τὰς δὲ ψευδεῖς] *ψευδεῖς, τὰς δὲ ἀληθεῖς* Stephanus, in margine Ficini praecedentiumque editionum discrepantiam indicans, sed mutationis ab ipso factae rationem nusquam reddens. Credo eum *ψευδεῖς δόξας* intellexisse eas, quae iudicium corrumpere possint, *ἀληθεῖς*, quibus admotis veritas pateat. Quamquam Serranus aliter Stephani lectionem interpretatus est sensu plane perverso: *si enim non removeris utrinque falsas, veras autem apposueris.*

σε] *γε* Vind. D.

οὐδὲ — δοκεῖν] *om.* Lob. Vind. B. Vat. M. et a m. pr. Ven. B. in margine habet Vind. F. Pro *οὐδὲ* in Bas. b. *οὐτι* legitur.

καὶ ὁμολογεῖν Θρασυμάχῳ] C *assentiente Thrasymacho* Fic. In Vind. F. Flor. AC. verbo *ὁμ.* superscriptum est *συμφωνεῖν.*

τὸ μὲν] *τὸ om.* Vind. E.

ξυμφέρον τοῦ κρείττονος, τὸ δὲ ἄδικον αὐτῷ μὲν ξυμφέρον καὶ λυσιτελοῦν, τῷ δὲ ἥττονι ἀξύμφορον. ἐπειδὴ οὖν ὡμολόγησας τῶν μεγίστων ἀγαθῶν εἶναι δικαιοσύνην, ἃ τῶν τε ἀποβαινόντων ἀπ' αὐτῶν ἕνεκα ἄξια κεκτῆσθαι, πολὺ δὲ μᾶλλον αὐτὰ αὑτῶν, οἷον ὁρᾶν, D ἀκούειν, φρονεῖν, καὶ ὑγιαίνειν δὴ καὶ ὅσα ἄλλα ἀγαθὰ γόνιμα τῇ αὑτῶν φύσει, ἀλλ' οὐ δόξῃ ἐστὶ, τοῦτ' οὖν αὐτὸ ἐπαίνεσον δικαιοσύνης, ὃ αὐτὴ δι' αὑτὴν τὸν

ξυμφέρον] συμφ. Vind. F.

τὸ δὲ ἄδικον] τὸ δ' ἀδ. Par. K. sec. Bip. Flor. V.

αὐτῷ] αὐτὸ Vind. E. Amb. C. Ang. B. Vat. H. et, sup. ῶ, Flor. V. ἑαυτὸ Vind. F. Bekkerus et Stallbaumius tacite αὐτῷ scripserunt, intelligentes, ut opinor, τῷ ἔχοντι, vel, quod tamen minus probabile, τῷ κρείττονι, et αὐτῷ non magis ferentes, quam si quis Latine diceret: iniustum *sibi* utile est. Sed Plato reflexivo nonnunquam ita utitur, ut subiecti, quod grammatici vocant, rationem non habeat et eam personam, ad quam aliquid refertur, ἑαυτὸν dicat. Sic Leg. L. V. p. 730. B. τὰ μὲν οὖν περὶ γονέας τε καὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ, περὶ πόλιν τε καὶ φίλους καὶ ξυγγένειαν ξενικά τε καὶ ἐπιχώρια διειληλύθαμεν σχεδὸν ὁμιλήματα. Ib. p. 726. A: ἀκούοι δὴ πᾶς, ὅσπερ νῦν δὴ τὰ περὶ θεῶν τε ἥκουε καὶ τῶν φίλων προπατόρων· πάντων γὰρ τῶν αὐτοῦ κτημάτων μετὰ θεοὺς ψυχὴ θειότατον, οἰκειότατον ὄν. τὰ δ' αὐτοῦ διττὰ πάντ' ἐστὶ πᾶσι. Itaque αὐτῷ ξυμφέρον oppositum est ἀλλοτρίῳ ἀγαθῷ et idem, quod οἰκεῖον ἀγαθὸν seu αὐτῷ τινὶ ξυμφέρον. Atque ita L. I. p. 344. C. τὸ ἄδικον ἑαυτῷ λυσιτελοῦν τε καὶ ξυμφέρον dicitur, non sibi, sed possessori suo utile. Cf. L. IIII. p. 419.

τῷ δὲ ἥττονι] τὸ δὲ ἧττον Vind. E.

ἀξύμφορον] ἀσύμφ. Vind. F. Flor. R.

τῶν μεγίστων ἀγαθῶν] *in his bonis* Fic.

τῶν τε] Ita Vind. D. sed cum litura inter utrumque. τῶν τότε Ven. C. Par. D. Benedictus τῶν γε corrigit, quod non solum non necessarium, sed ne aptum quidem est.

ἀπ' αὐτῶν] *om.* Vind. F. ἀπ' αὐτῆς Par. K. sec. Bekk.

κεκτῆσθαι] κτᾶσθαι Vind. F. Ang. B. Flor. R. et int. vers. AC.

αὑτῶν] αὐ. Vind. DF.

ἀκούειν] καὶ ἀκούειν καὶ Vind. F. Ang. B. Flor. R.

φρονεῖν — γόνιμα τῇ] *om.* Vind. D. in margine habet Ven. C.

καὶ ὑγιαίνειν] ὑ. κ. Amb. C. Flor. T.

ὅσα ἄλλα] ἄ. ὅ. Amb. C. Flor. T. ὅσ' ἄλλα Vind. E. Vat. H. D

γόνιμα] Phrynichus Bekkeri anecd. p. 31, 19: γόνιμα ἀγαθά· τὰ τῷ ὄντι ἀγαθά. Πολιτείας δευτέρῳ. Haec significatio, qua idem est, quod γνήσιον, lexicis addi meretur. Nam ea, quam Schneiderus in lexico statuit, ut sint *utilia* bona, locum hic non habet. *fecunda et pretiosa* Fic.

αὑτῶν] αὐ. Lob. Vind. DF. Ald. Bas. ab.

ἐστὶ] ἐστιν Vind. D.

δικαιοσύνης] *om.* Vind. F. a m. pr.

αὐτὴ] αὐτὴν Vind. D.

αὐτὴν] αὐ. Vind. DF. ἑαυτὴν Amb. C.

καὶ ἀδικία βλάπτει] κ. ἀδικίαν β. Lob. Vind. B. Vat. M. et a m. pr. B. κ. ἀδικίαν ὃ β. Ven. B. et a m. s. Vat. B. cum editis ante Bekkerum, quod non prae-

ἔχοντα ὀνίνησι καὶ ἀδικία βλάπτει· μισθοὺς δὲ καὶ δόξας πάρες ἄλλοις ἐπαινεῖν. ὡς ἐγὼ τῶν μὲν ἄλλων ἀνασχοίμην ἂν οὕτως ἐπαινούντων δικαιοσύνην καὶ ψεγόντων ἀδικίαν, δόξας τε περὶ αὐτῶν καὶ μισθοὺς ἐγκωμιαζόντων καὶ λοιδορούντων, σοῦ δὲ οὐκ ἄν, εἰ μὴ σὺ κελεύοις, διότι πάντα τὸν βίον οὐδὲν ἄλλο σκοπῶν διελήλυθας, ἢ τοῦ- E
το. μὴ οὖν ἡμῖν ἐνδείξῃ μόνον τῷ λόγῳ, ὅτι δικαιοσύνη ἀδικίας κρεῖττον, ἀλλὰ τί ποιοῦσα ἑκατέρα τὸν ἔχοντα αὐτὴ

ferre puto Matthiaeum, etsi gramm. p. 624. ita hunc locum cum Astio in tert. ed. scripsit. *cum iniustitia laedat* Fic. Bekkerus, qui veram lectionem restituit, interpunctionem vitiavit post *βλάπτει* puncto et commate post *ἐπαινεῖν* posito.

ἀνασχοίμην] *ἀποσχοίμην* Par. A. Vind. E. Amb. C. Vat. H. et margo Lob. pro varia lectione. *ἀποδεχοίμην* Ven. C. Vind. DF. Par. DK. Mon. B. Ang. B. Flor. RU. et int. vers. ACV. Idem in margine Par. A. ut v. l. adnotatur, et quum per se ferri potest (cf. L. I. p. 329. E. 336. D. L. II. p. 368. B.) tum propius ad Parisiensis A. scripturam accedit. Tamen magis verisimile hanc ipsam ex *ἀνασχοίμην* ortam et ita ab aliis correctam fuisse. *ἀνασχοίμην* etiam Ficinus legit, qui *sustinerem* posuerit, et scholiastes: *ἀνασχοίμην· ἤγουν* (*ἤτοι* Bekk.) *ἀποδεχοίμην. Γράφεται καὶ ἀποσχοίμην.* (haec tria Bekkerus omisit.)

καὶ μισθοὺς ἐγκωμιαζόντων] *ἐ. κ. μ.* Vind. E.

κελεύοις] Ita Vind. E. correctus. *κελεύεις* Lob. Vind. B. Vat. BM. Ven. B. editi ante Bekkerum et post Bekkerum Astius in tert. ed. *iusseris* Fic.

E *διελήλυθας*] *διελήλυθα* Par. K.

ἡμῖν] *om.* Vind. D.

ἐνδείξῃ] *ἐνδείξει* Vind. B. ni fallor, et Astius in prima ed.

μόνον τῷ λόγῳ] *τ. λ. μ.* Amb. C. Flor. T.

κρεῖττον] *κρείττων* Lob. Vat. BHM. Ven. B. Vind. B. Amb. C. Ang. B. et, sup. *ον*, Vind. F. et Par. D. *κρείττον* Vind. E. Cf. B. et p. 368. A. E.

τί] *καὶ τί* Ven. C. Vind. DEF. Par. DK. Mon. B. Amb. C. Ang. B. Flor. ABCRTUV. Stallbaumius. Coniuncta videri potest haec varietas cum illa mutatione, qua adverbium *μόνον* supra verbo *ἐνδείξῃ* praepositum hic ei succedens paullo maiorem vim accepit et magis, ne frustra additum videatur, respondens sibi *καὶ* requirit. Neque reprehendendus est Stallbaumius, quod consensui Florentinorum omnium et Par. K. aliquid tribuit. Mihi vero de illo consensu nondum persuasum est, quum fere ubique videam in hoc libro Florentinum B. cum Bas. a. ita conspirare, ut ex ea descriptus existimari debeat. Sed remota hac suspicione vulgatae lectioni certior quinque Bekkerianorum librorum et Lob. Vind. B. auctoritas plus prodest, quam Stallbaumianae illud, quod exposui, momentum.

αὐτὴ] Ita Vind. F. sed superscripto *ν. αὐτὴν* Par. AD. Lob. Vind. BDE. Vat. BHM. Ven. C. Amb. C. Ang. B. Florentinorum autem, quod rursus mirum, nullus, quum supra omnes accusativum habeant. Etiam Ficinus, qui illic nominativum expressit: *sed quomodo ipsa per se afficiens utraque animum* etc. hic paullo aliter: *sed quonam modo utraque ipsarum sui participem afficiens*, ut *τὸν ἔχοντα αὐτὴν* vel *αὐτὴν* legisse videatur. Nihilominus tenendum est *αὐτὴ* ob codicum me-

δι' αὐτὴν, ἐάν τε λανθάνῃ ἐάν τε μὴ θεούς τε καὶ ἀνθρώπους, ἥ μὲν ἀγαθὸν, ἥ δὲ κακόν ἐστι.

Καὶ ἐγὼ ἀκούσας ἀεὶ μὲν δὴ τὴν φύσιν τοῦ τε Γλαύκωνος καὶ τοῦ Ἀδειμάντου ἠγάμην, ἀτὰρ οὖν καὶ
368 *τότε πάνυ γε ἥσθην καὶ εἶπον· οὐ κακῶς εἰς ὑμᾶς, ὦ παῖδες ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς, τὴν ἀρχὴν τῶν ἐλεγείων ἐποίησεν ὁ Γλαύκωνος ἐραστὴς εὐδοκιμήσαντας περὶ τὴν Μεγαροῖ μάχην εἰπών·*

liorum consensum in superioribus, quae non credibile est scriptorem hic in deterius mutavisse, quum hic quoque additum sit *δι' αὐτήν*.

ἐστι] *ἐστιν* Bekkerus.

